

PAROIS

Code

1855

L. - 1855



L 898.

PARVUS CODEX

SACRORUM RITUUM EX ROMANO RITUALI,

TOLETANO,

ET ALIIS EXCEPTUS,

ANTIQUIS COMPOSTELLAE ARCHIDIOECESIOS USIBUS
MAXIME CONGRUENS,

EDITUS

*in gratiam et commodum sacerdotum ruralibus
parochiis deservientium, ibique aegrotis Sacra-
menta ministrantium,*

ET AB EE. DD.

D. FR. SEBASTIANO MALVAR,
D. RAPHAELE MUZQUIZ, DR. D. MICHAELE
CARDINALI GARCIA CUESTA, ET DR. D. MI-
CHAELE CARDINALI PAYÁ ET RICO,
Archiepiscopis Compostellanis approbatus.

Novissima editio emmendata et aucta.

COMPOSTELLAE:
Typographia Seminarii Conciliaris.

—
MCCCCLXXXII.



Esta edicion es propie-
dad del Seminario Conci-
liar Central de Santiago.

Aprobacion del Emmo. y Revmo. Sr. D. Miguel Payá y Rico, del título de los Santos Mártires Quirico y Julita, Arzobispo de Santiago, Capellan Mayor de S. M., Juez Ordinario de su Real Capilla, Casa y Córte, Notario Mayor del Reino de Leon, Caballero Gran Cruz de la Real y distinguida órden de Cárlos III é Isabel la Católica, Senador del Reino, etc. etc.

SANTIAGO, NOVIEMBRE 5 DE 1882.

Por lo que á Nos toca, concedemos licencia, para que pueda reimprimirse este libro titulado Parvus Codex, con las adiciones que se presentan y van rubricadas de nuestro Secretario de Cámara. De hecha la reimpresion y antes de su expencion, se Nos presentará un ejemplar con dichas adiciones, para su confronte. Así lo acordó y firma S. Ema. Revma. el Cardenal Arzobispo mi Sr. de que certifico.

EL CARDENAL ARZOBISPO.

Por mandado de S. Ema. Revma.
DIONISIO LOPEZ,
SRIO.



DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Sacrum Baptisma, christianae religionis et aeternae vitae janua, inter alia Sacramenta á Christo instituta primum locum tenet. Cunctis ad salutem necessarium esse veritas ipsa testatur illis verbis: Joann. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto, etc.*

Baptismi materia remota est aqua naturalis, nullusque alius liquor ad id ad-

hiberi potest, et extra casum necessitatis, ea debet esse solempni ritu benedicta.

Materia proxima est ablutio, quae per trinam et continuam infusionem supra caput baptizandi fieri debet, uno et eodem tempore, quo verba proferuntur, ab una et eadem persona, quae verba pronuntiat. Forma sunt illa verba: *Ego te baptizo in nomine Patris etc.* ut infra. Omnino necessaria est, et ideo eam nullo modo licet immutare, aut invertere; sed distincte et integre pronuntianda est.

Cum Baptismi Sacramentum est administrandum, haec in promptu esse debent.

1. Vascula Sacri Olei Cathecumenorum, et Chrismatis.

2. Vas cum sale benedicendo, vel jam ad hoc benedicto.

3. Cochlear ex argento, vel alio metallo nitidum, ad aquam baptismalem infundendam supra caput baptizandi.

4. Pelvis ad excipiendam aquam ex capite baptizandi defluentem, nisi statim in sacrarium defluat:

5. Bombacium, vel stupa, vel quid simile, ad abstergenda loca sacris Oleis inuncta.

6. Stolae duae, una violacea, altera al-

ba, vel una, quae sit violacea ex una parte, et alba ex altera.

7. Vas cum aqua, et mantile mundum ad abluendas, et abstergendas manus Sacerdotis.

8. Linteolum candidum infantis capiti imponendum.

9. Cereus ardens baptizando tradendus.

Ordo Baptismi parvulorum.

Deficiente aqua in Sabbato Paschatis vel Pentecostes ad hunc usum benedicta, quae quantum fieri potest nitida, et pura diligenter conservari debet, Parochus in fontem bene mundatum recentem aquam infundat, eamque benedicat sub hac formula.

**Benedictio Fontis Baptismi
extra Sabbatum Paschae et
Pentecostes cum aqua conse-
crata non habetur.**

Sacerdos cum suis Clericis, vel etiam aliis Presbyteris, Cruce, et duobus Cereis

praecedentibus, ac thuribulo, et incenso, cum vasculis Chrismatis, et Olei Cathecumenorum descendit ad Fontem, et ibi, vel ante Altare Baptisterii, dicit Litaniam ordinariam, prout habetur infra, vel brevior, ut in Missali in Sabbato Sancto et ante Y. Ut nos exaudire digneris; dicat, et secundo repetat sequentem versum.

Ut fontem istum ad regenerandam tibi novam prolem bene † dicere, et consecrare † digneris. Te rogamus audi nos.

Et dicto ultimo Kyrie eleison, Sacerdos dicat Pater noster, et Credo in Deum, et omnia clara voce, quibus finitis dicat:

- Y. Apud te, Domine, est fons vitae.
R. Et in lumine tuo videbimus lumen.
Y. Domine, exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
Y. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, adesto magnae pietatis tuae Mysteriis, adesto Sacramentis, et ad recreandos novos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, Spiritum adoptionis emitte, ut quod nostrae

humilitatis gerendum est ministerio, virtutis tuae impleatur effectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum, etc. R). Amen.

Exorcismus aquae.

Exorcizo te, Creatura Aquae, per Deum † vivum: per Deum † verum: per Deum † Sanctum: per Deum †, qui te in principio verbo separavit ab arida, cujus super te spiritu ferebatur, qui te de Paradiso manare jussit.

Hic manu aquam dividat, et deinde de ea effundat extra marginem Fontis versus quatuor Orbis partes prosequens:

Et in quatuor fluminibus totam terram rigare praecepit: qui te in deserto amarum per lignum dulcem fecit, atque potabilem: qui te de petra produxit, ut populum, quem ex Egipto liberaverat, siti fatigatum recrearet. Exorcizo te, et per Jesum Christum, Filium ejus Unicum, Dominum nostrum, qui te in Cana Galileae signo admirabili, sua potentia convertit in vinum: qui super te pedibus ambulavit, et a Joanne in Jordane in te baptizatus est: qui

te una cum sanguine de latere suo pro-
duxit, et discipulis suis jussit, ut creden-
tes baptizarent in te, dicens: Ite, docete
omnes gentes baptizantes eos in nomine
Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, ut
efficiaris aqua Sancta, aqua benedicta,
aqua quae lavat sordes, et mundat pecca-
ta. Tibi igitur praecipio, omnis Spiritus
immunde, omne Phantasma, omne menda-
cium, eradicare, et effugare ab hac crea-
tura aquae, ut qui in ipsa baptizandi erunt,
fiat eis fons aquae salientis in vitam aeter-
nam, regenerans eos Deo Patri, et Filio,
et Spiritui Sancto, in nomine ejusdem Do-
mini nostri Jesu-Christi, qui venturus est
judicare vivos, et mortuos, et saeculum
per ignem. R). Amen.

Oremus.

Domine Sancte, Pater Omnipotens, ae-
terne Deus, aquarum Spiritualium Santifi-
cator, te suppliciter deprecamur, ut ad hoc
ministerium humilitatis nostrae respicere
digneris, et super has aquas abluendis et
purificandis hominibus preparatas, An-
gelum sanctitatis emittas, quo peccatis vi-
tae prioris ablutis, reatuque deterso, pu-

rum Sancto Spiritui habitaculum regenerati effici mereantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, etc.

R). Amen.

Tunc exuflet ter in aquam versus tres partes secundum hanc figuram w, deinde imponit incensum in thuribulo, et Fontem incensat. Postea infundens de oleo Cathecumenorum in aquam in modum Crucis, clara voce dicit:

Santificetur, et foecundetur Fons iste oleo salutis renascentibus ex eo in vitam aeternam in nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus † Sancti. R). Amen.

Deinde infundit de Chrismate modo quo supra, dicens:

Infusio Chrismatis Domini Jesu-Christi, et Spiritus Sancti Paraelyti fiat in nomine Sanctae Trinitatis. R). Amen.

Postea accipit ambas ampullas dicit Olei Sancti, et Chrismatis, de utroque simul in modum Crucis infundendo dicit:

Commixtio Chrismatis Sanctificationis, et Olei unctionis, et aquae Baptismatis pariter fiat in nomine Patris , et † Filii †, et Spiritus † Sancti. R). Amen.

Tum deposita ampulla, et dextera manu Oleum Sanctum, et Chrisma infusum miscet

cum aqua, et spargit per totum Fontem. Deinde manu tegit, et si quis baptizandus est, eum baptizet hoc modo.

Parvulorum Baptismus.

Omibus paratis, Sacerdos superpelliceo, et Stola violacea indutus, adhibito, si haberi possit, uno saltem secum Clerico, qui ministret, accedat ad limen Ecclesiae, ubi aperto capite, stans versus Infantem baptizandum interrogabit Patrinum, et Matrinam in hunc modum:

Sac. ¿Qué infante presentais á la Iglesia?
R). Este es un niño, (ó una niña).

Sac. ¿Es de esta Parroquia?

Si responsum fuerit suum esse parochianum, vel parochianam, pergat, ut sequitur; sin autem, remittat ad proprium Parochum, nisi sit urgens necessitas, aut habeatur licentia a proprio Parocho, vel a Domino Archiepiscopo.

Sac. ¿Qué pide?

R). El Bautismo.

Ubi autem Infans fuerit baptizatus, sed sine solemnitate, respondebitur: Las ceremonias del Bautismo. Eo casu inquirat diligenter a quo, et an rite fuerit baptiza-

tus, accersitis, et separatim auditis super hoc tum iis, qui Baptismo interfuerint, tum eo, qui, vel ea, quae baptizavit, nisi forte talis fuerit persona, cui ea de re tuto credi possit, atque ita si compertum fuerit vere esse baptizatum, prosequatur ut infra, omissis interrogationibus et actionibus, quibus praemittitur haec notula §. Sin autem non fuerit baptizatus, vel hoc dubium sit, prosequatur, et omnia observet, quae notantur infra.

Ibi fit exhortatio hoc, vel alio simili modo.

Exhortacion antes del Bautismo.

No juzgueis de la excelencia del Sacramento, que voy á administrar á este Infante, por lo que se presentará á vuestra vista: aquí nada vereis que no sea simple y comun, una poca de agua que lava el cuerpo, y algunas palabras que acompañan esta ablucion; más todo este exterior, que parece de tan poco momento, encierra una virtud secreta, que es divina en sus efectos. Yo no os la puedo explicar mejor, que con las palabras del Após-

tol, el cual enseña, que esta agua nos hace renacer en la vida de la gracia, y que esta renovacion se hace por el Espiritu Santo, que el padre Eterno envía sobre nosotros por Jesucristo, para que siendo gratuitamente justificados por su gracia, vengamos á ser los herederos de la vida eterna, segun la esperanza que nos ha dado. Pero á este infante no le bastaría recibir estos dones en el Bautismo, si no los conservase con fidelidad, y no se aprovechase de ellos, para merecer por una vida cristiana la herencia eterna, para que fué llamado. Espero que llegue á esto, tanto por el buen ejemplo, que vos le dareis, como por el cuidado que tendreis de hacerle educar en el amor y temor de Dios.

Otra exhortacion.

Presentais á la Iglesia esta criatura, para que se le administre el santo Sacramento del Bautismo y reciba una vida nueva en las aguas del Salvador. Viene á ellas manchada con el pecado original, que le trasmitió nuestro primer Padre

por su desobediencia á Dios; viene esclava de Satanás, privada de la amistad de su Criador, y rea de la condenacion eterna. Pero por la virtud divina del Bautismo, que vá á recibir, se borrará en su alma aquella mancha, volverá á la gracia de Dios, adquirirá derecho á entrar en el cielo, y quedará libre de la esclavitud vergonzosa, en que ahora yace.

Finita exhortatione, proseguitur.

Sac. Qué nombre quereis que se ponga á este niño?

R). N. N.

Tunc interrogat nominatim Infantem.

Sac. Quid petis ab Ecclesia Dei?

R). Fidem.

Sac. Fides quid tibi praestat?

R). Vitam aeternam.

Sac. Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et proximum tuum sicut te ipsum.

Cooperto capite, ter exuslet leniter in faciem Infantis, et dicat semel:

Exi ab eo (*vel* ab ea), immunde Spiritus, et da locum Spiritui Sancto Paraclyto.

Sacerdos pollice faciet Signum Crucis primo in fronte, secundo in pectore Infantis dicens:

Accipe Signum Crucis, tam in fronte † quam in corde †; sume fidem coelestium praeceptorum, et talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.

Sacerdos detecto capite dicat:

Oremus.

Preces nostras quaesumus, Domine, clementer exaudi, et hunc electum tuum N. (*vel* hanc electam tuam N.) Crucis Dominicae impressione signatum (*vel* signatam) perpetua virtute custodi, ut magnitudinis gloriae tuae rudimenta servans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Sacerdos imponat manum super caput Infantis, et dicat:

Oremus.

Omnipotens sempiternae Deus, Pater Domini nostri Jesu-Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum N., quem (*vel* hanc famulam tuam N., quam) ad

rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem coecitatem cordis ab eo (*vel* ab ea) expelle: disrumpe omnes laqueos Satanae, quibus fuerat colligatus (*vel* colligata); aperi ei, Domine, januam pietatis tuae, ut signo sapientiae tuae imbutus (*vel* imbuta) omnium cupiditatum foetoribus careat, et ad suavem odorem praeceptorum tuorum laetus (*vel* laeta) tibi in Ecclesia tua deserviat, et proficiat de die in diem. Per eundem Christum Dominum nostrum. Ky. Amen.

Sacerdos cooperto capite benedicat Salem, nisi jam benedictus sit.

Exorcizo te Creatura Salis in nomine Dei Patris † omnipotentis: et in charitate Domini nostri † Jesu Christi: et in virtute Spiritus † Sancti: Exorcizo te per Deum † vivum: per Deum † verum: per Deum † Sanctum: per Deum † qui te ad tutelam humani generis procreavit, et populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari praecepit, ut in nomine Sanctae Trinitatis efficiaris salutare Sacramentum ad effugandum inimicum.

Quod sequitur detecto capite, dicat:

Proinde rogamus te, Domine Deus no-

ster, ut hanc creaturam Salis sanctificando † sanctifices, et benedicendo † benedicas, ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanens in visceribus eorum in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

Deinde immittat modicum Salis benedicti in os infantis dicens:

N. Accipe salem sapientiae: propitiatio sit tibi in vitam aeternam. Amen.

Sac. Pax tecum.

R). Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus Patrum nostrorum, Deus universae conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum N. (*vel* hanc famulam tuam N.) respicere digneris propitius, et hoc primum pabulum Salis gustantem non diutius esurire permittas, quominus cibo expleatur Coelesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens tuo semper nomini serviens, perduc eum (*vel* eam) Domine quaesumus ad novae regenerationis lavacrum, ut cum fide-

bus tuis promissionum tuarum aeterna praemia consequi mereatur. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

Sacerdos cooperto capite dicat:

Exorcizo te, immunde Spiritus, in nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus Sancti †, ut ex eas, et recedas ab hoc famulo Dei N. (*vel* ab hac famula Dei N.) ipse enim tibi imperat maledicte damnate, qui pedibus super mare ambulavit, et Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo, maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo, et vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, et Spiritui Sancto, et recede ab hoc famulo Dei N. quia istum (*vel* ab hac famula Dei N. quia istam) sibi Deus, et Dominus noster Jesus Christus ad suam Sanctam gratiam, et benedictionem, fontemque Baptismatis vocare dignatus est.

Hic pollice in fronte signat infantem, dicens:

Et hoc signum Sanctae Crucis ✝, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum.

R). Amen.

Sacerdos discooperit caput, et imponit manum supra caput infantis, dicens:

Oremus.

Aeternam, ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine Sancte, Pater Omnipotens, aeterne Deus, auctor luminis, et veritatis super hunc famulum tuum N. (*vel* hanc famulam tuam N.) ut digneris illum (*vel* illam) illuminare lumine intelligentiae tuae: munda eum (*vel* eam), et sanctifica: da ei scientiam veram, ut dignus (*vel* digna) gratia Baptismi tui effectus (*vel* effecta) teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Sacerdos cooperto capite imponit extremam partem stolae super infantem, et introducit eum in Ecclesia, dicens:

N. Ingredere in templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam aeternam.

Sacerdos ingrediens Ecclesiam discooperiet caput, et procedens ad fontes cum susceptoribus conjunctim, clara voce, dicit:

Credo in Deum Patrem omnipotentem, etc.

Pater noster, qui est in coelis, etc.

Sacerdos antequam perveniat ad Baptisterium sistat, et versa facie ad infantem dicat cooperto capite:

Exorcizo te, omnis Spiritus immunde, in nomine Dei Patris † Omnipotentis: et in nomine Jesu Christi Filii ejus †, Domini et Judicis nostri: et in virtute † Spiritus Sancti, ut discedas ab hoc plasmate Dei N. quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spiritus Sanctus habitet in eo. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et saeculum per ignem. Amen.

Sacerdos post exorcismum accedit ad Baptisterium, Fontem aperit, vascula Olei Catechumenorum, et Chrismatis parat. Interea nudatur infans, sufficit capite, scapulis, et pectore: non autem toto corpore nudare requiritur: ita nudatus, a Patrino, et Matrino tenetur. Tunc Sacerdos cooperto capite pollice dextero accipit de saliva oris sui, et tangit primo aures ambas, dicens:

Ephpheta, quod est adaperire: Deinde tangit nares, et dicit: in odorem suavitatis.

Tu autem effugare, diabole, appropinquabit enim iudicium Dei.

Sacerdos postea interrogat infantem, dicens:

N. Abrenuntias Satanae? Rj. Abrenuntio.

Sac. Et omnibus operibus ejus? Rj. Abrenuntio.

Sac. Et omnibus pompis ejus? Rj. Abrenuntio.

Deinde Sacerdos intingit pollicem in Oleo catechumenorum, et ungit infantem primum in pectore, deinde inter scapulas, in modum crucis, dicens.

Ego te linio † Oleo salutis in Christo Jesu Domino nostro, ut habeas vitam aeternam. Amen.

Mox inuncta loca, et pollicem abstergit bombaceo, vel re simili; postea deponit stolam violaceam, et alteram sumit albi coloris, et interrogat nominatim infantem, dicens:

Sac. Credis in Deum Patrem Omnipotentem, Creatorem coeli, et terrae? Rj. Credo.

Sac. Credis in Jesum Christum Filium ejus Unicum, Dominum nostrum, natum et passum? Rj. Credo.

Sac. Credis in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum Communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam aeternam?

R). Credo.

§. Sac. N. Vis baptizari? R). Volo.

§. *Tunc, Patrino, vel Matrino, vel utroque (si ambo admittantur) infantem tenentibus, Sacerdos, discooperto capite, vasculo seu urceolo accipit aquam baptismalem, et de ea ter infundit actione continua in modum crucis super nudatum caput infantis paululum inclinati, ne in sinum, vestesque aqua defluat, interea ministro supponente pelvim ad excipiendam aquam e capite defluentem, eamque effundendam in piscinam, ne haec aqua de capite in Fontem Baptismalem refluat, et simul fundendo pronuntiat semel distincte, et attente haec verba:*

N. Ego te baptizo in nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus † Sancti.

Ita ut ipsa effusione aquae ter faciat signum Crucis super caput infantis, primo cum dicit In nomine Patris, secundo cum dicit et Filii, tertio cum dicit et Spiritus Sancti. Si post factam diligentem inquisitionem dubitatur, an infans sit baptizatus, fundet Sacer-

dos aquam eo modo, quo supra: sed utetur baptizando hac forma: N. Si non es baptizatus (vel baptizata) Ego te baptizo etc.

Sacerdos intincto pollice in Sacro Chrismate ungit in modum Crucis infantem in vertice capitis, et dicit:

Deus Omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua et Spiritu Sancto, qui que dedit tibi remissionem omnium peccatorum (*hic inungit*) ipse te linit Chrismate salutis † in eodem Christo Jesu Domino nostro in vitam aeternam. R). Amen.

Sac. Pax tibi. R). Et cum spiritu tuo.

Abstergit pollicem et locum inunctum cum bombacio, aut alia re simili, et postea imponit capiti infantis linteolum candidum loco vestis albae, dicens:

Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam aeternam. R). Amen.

Postea dat ei, vel Patrino candelam accensam, dicens:

Accipe lampadem ardentem, et irreprehensibilis custodi Baptismum tuum: serva Dei mandata, ut cum Dominus vene-

rit ad nuptias, possis occurrere ei una cum omnibus Sanctis in aula coelesti, habeasque vitam aeternam, et vivas in saecula saeculorum. R̄. Amen.

Postremo dicet:

Sac. N. Vade in pace, et Dominus sit tecum.

R̄. Amen.

Sacerdos his expletis manus abluat super piscinam Baptisterii, et omnia, vel per se, vel per Clericum, qui sibi ministrat, reponit in armario. Interim infans induitur, et deffertur (juxta antiquum aliquarum parochiarum morem, ad Altare majus) hoc autem ordine deffertur: Clericus Sacerdotem praecedat; Sacerdotem sequantur Patrinus, et Matrina, et Obstetrix, tum alii circumstantes, qui, ubi ante Altare pervenerint, ibi genibus flexis, Obstetrice, vel Patrino, et Matrina infantem inter brachia tenentibus, Sacerdos stans ante medium Altaris, ponens supra pectus infantis utramque extremam stolae partem in modum crucis, legit sequens Evangelium.

Dominus vobiscum. R̄. Et cum Spiritu tuo.

Initium Sancti Evangelii secundum Joannem. R̄. Gloria tibi Domine.

In principio erat Verbum, et Verbum

erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum; et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. ET VERBUM CARO FACTUM EST, et habitavit in nobis, (et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre) plenum gratiae, et veritatis.

Lecto Evangelio Sacerdos benedicat infantem, dicens:

Benedictio Dei Omnipotentis Patris ✠,
et Filii ✠, et Spiritus Sancti ✠ descendat
super te, et maneat semper tecum.
R). Amen.

*Sacerdos stolam det deosculandam pue-
ro. Deinde dabit monita susceptoribus hoc,
vel alio simili modo.*

Exhortación para despues del Bautismo.

Habeis conducido á la Iglesia un Pe-
cador, y ella os devuelve por mi mi-
nisterio un Cristiano: hace un rato no era
sino hijo de la ira, y yo os lo entrego
reengendrado en la fuente de la vida,
señalado con un carácter espiritual, é in-
deleble, que le distingue como un hijo
muy amado y teñido con la Sangre del
Cordero: tened cuidado por medio de vues-
tras instrucciones de ponerlo en estado
de conservar este don de Dios, de hacer-
lo fructificar, y de que á su tiempo crez-
ca en la virtud: para esto orad por él,
y velad en su conservacion. Haced de mo-

do que no se fie su educacion á personas viciosas. Cuando tenga la edad competente recordadle las promesas que acabais de hacer en su nombre. Bendecid al Dios del Cielo y de la vida, y dadle gloria delante de todos los vivientes, porque ha hecho brillar sobre él su misericordia. Advertid tambien, que presentando este infante sobre la fuente del Bautismo habeis contraido un parentesco espiritual con él, como tambien con sus padres, del cual resulta, que ninguno de vosotros puede contraer matrimonio con cualquiera de los tres sin la debida dispensa.

Otra exhortacion.

— —

Se ha cumplido ya el misterio de la regeneracion espiritual de esta criatura. La Iglesia os la devuelve reconciliada con Dios, y adornada de la gracia santificante de las virtudes y dones sobrenaturales, que él se ha dignado infundirle en el Sacramento que acaba de recibir. Pero al mismo tiempo os advierte que por medio de una educacion cristiana y de vues-

tro buen ejemplo procureis que se conserven siempre en su alma los bienes que ha recibido, y que, viviendo segun la ley de Dios, como acabais de prometer en su nombre, los aumente de dia en dia hasta llegar á la vida eterna, que Dios tiene preparada á los que le sirven con fidelidad. Os advierte tambien que por este Sacramento existe entre los padrinos de una parte, y el bautizado y sus padres de otra, un parentesco espiritual, por el cual no puede haber entre ellos matrimonio válido.

**Ordo brevior administrandi
Baptismum necessitate.**

Si infans sit in periculo mortis, baptizetur domo cum aqua naturali simplici, si benedicta desit; a Sacerdote si adsit; sin minus ab alia qualibet persona, prout fusius explicatur in Manuali.

*Sacerdos, vel alius Clericus aquam ter, vel saltem semel infundendo, dicat attente, et distincte: Ego te baptizo in nomine Patris
+ etc.*

Si vero sit laicus linguae latinae ignarus, aut mulier, dicat attente, et distincte: aquam ter, vel saltem semel infundendo:

Yo te bautizo en el nombre del Padre †, y del Hijo †, y del Espíritu Santo †. Amen.

Si infans delatus ad Ecclesiam judicetur in periculo mortis, statim quaerat Sacerdos ab iis qui infantem offerunt: ¿Qué nombre quereis ponerle? Et imposito nomine, ter, vel saltem semel aquam fundendo baptizet eum, dicens: N. Ego te bautizo, etc. Facta infusione, si infans sit in eo statu, ut videatur satis superesse vitae, supleat omnes ceremonias.

Si vero non satis vitae superesse videatur, faciat unctionem Chrismatis in vertice, dicens, ut in ordine Baptismi.

Deus Omnipotens, etc.

Hoc facto, si adhuc videatur respirare imponat capiti infantis linteolum album, dicens: N. accipe vestem etc. postea det ei ceream candelam accensam, caeterasque supleat ceremonias quantum poterit..

De benedictione mulieris post partum.

Nulla lege tenentur mulieres post partum, aut abstinere ullo die ab ingressu Ecclesiae, aut Ecclesiam adire ut benedictionem a Parocho accipiant, quasi ad puerperii purificationem, cum nulla in partu culpa, aut immunditia sit, quae expiatione indigeat.

Laudabilis tamen est consuetudo, qua puerpera Deo pro suscepta prole, et incolumitate sua gratias actura accedit ad Ecclesiam, et benedictionem a Sacerdote petit. Haec benedictio à Parocho, vel alio Sacerdote licentia ipsius fieri debet in Ecclesia Parochiali tantum, non domo, vel alibi quacumque mulier infirmitate delineatur.

Caveat Sacerdos, ne observationes ullae superstitiosae ad eam benedictionem a mulieribus adhibeantur, neque ad ipsam admittantur mulieres quae notorie ex adulterio, vel fornicatione pepererint.

**Ordo benedicendi mulierem
post partum.**

Sacerdos indutus superpelliceo, et stola coloris albi, vel alba, et stola, si Missam sit celebraturus, accedit cum Clerico deferente aspergillum ad inferiorem Ecclesiae partem versus januam, ubi mulierem genuflectentem, et cereum accensum manu tenentem aqua benedicta aspergit, dicens:

Y. Adjuvatorium nostrum in nomine Domini.

R). Qui fecit coelum, et terram.

Añã. Haec accipiet benedictionem a Domino.

Psalm. 23.

Domini est terra, et plenitudo ejus; * Orbis terrarum, et universi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * et super flumina praeparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco Sancto ejus?

Innocens manibus, et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam: * neque juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: * et misericordiam a Deo salutari suo.

Haec est generatio quaerentium eum: * quaerentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, et elevamini portae aeternales: * et introbit Rex gloriae.

Quis est iste Rex gloriae? * Dominus fortis, et potens: Dominus potens in praelio.

Attollite portas principes vestras, et elevamini portae aeternales: * et introbit Rex gloriae.

Quis est iste Rex gloriae? * Dominus virtutum ipse est Rex gloriae.

Gloria Patri, et Filio, etc.

Añã. Haec accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo; quia haec est generatio quaerentium Dominum.

Deinde porrigens ad manum mulieris extremam partem stolae, eam introducit in Ecclesiam, dicens:

Ingrederere in templum Dei; adora Filium Beatæ Mariae Virginis, qui tibi foecunditatem tribuit prolis.

Ipsa ingressa genuflectit coram altari, et Sacerdos dicit:

Kyrie, eleison, Christe, eleison, Kyrie,
eleison.

Pater noster... *secreto.*

- Y. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos a malo.
Y. Salvam fac ancillam tuam, Domine.
R. Deus meus sperantem in te.
Y. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.
R. Et de Sion tuere eam.
Y. Nihil proficiat inimicus in ea.
R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
Y. Domine, exaudierationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
Y. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiternae Deus, qui per
Beatae Mariae Virginis partum fidelium pa-
rientium dolores in gaudium vertisti: respi-
ce propitius super hanc famulam tuam, ad
templum sanctum tuum pro gratiarum ac-
tione laetam accedentem: et praesta, ut post
hanc vitam ejusdem Beatae Mariae meritis
et intercessione ad aeternae beatitudinis
gaudia (cum prole sua), (*si infans obie-*

*rit sine baptismo haec ultima verba omit-
tuntur)* pervenire mereatur. Per Christum
Dominum nostrum, Amen.

*Deinde illam aspergit aqua benedicta,
dicens:*

Pax, et benedictio omnipotentis Patris ✠,
et Filii, et Spiritus Sancti descendat super
te, et maneat semper. Amen.

DE SACRAMENTO POENITENTIAE. **Ordo ministrandi Sacramen- tum Poenitentiae.**

Sacerdos hoc Sacramentum ministraturus, superpelliceo super vestem talarem indutus, coram SS. Sacramento, vel prope sedem confessionalem genuflectit, paulisper sese recolligit, intentionem dirigit. Deumque orat, tum pro se, tum pro salute poenitentis. Deinde sedet in confessionali, et poenitens qua decet humilitate mentis, et habitus accedit, et signat se signo crucis, dicens: In nomine Patris, etc., aut lingua vernacula: En el nombre del Padre, etc. Tum benedictionem petit, dicens: Benedic, Pater, quia peccavi, vel Bendecidme, Padre mio, porque he pecado. Tum Sacerdos aper-

to capite dicit: Deus sit in corde tuo, et in labiis tuis, ut rite confitearis omnia peccata tua. In nomine Patris, etc. Haec ultima verba dicens, producit manu dextera signum crucis super caput poenitentis. Deinde operiens caput, et decenter se componens aurem praebet confessioni audiendae, observans, ut poenitens, si fieri possit, ita sit collocatus averso paululum vultu, ut neque ipse Sacerdotem, neque ipsum Sacerdos in faciem aspiciat; interim poenitens facit confessionem generalem, dicens: Confiteor, usque ad illa verba, mea culpa, vel Yo pecador me confieso, usque ad illa verba, por mi culpa. Qua facta exprimit tempus ultimae confessionis, rationem reddit de poenitentia in superiori confessione imposita, an eam debite impleverit. Tunc si opus esse judicaverit, inquiret Sacerdos de statu poenitentis, cujus parochiae, vel dioecesis sit, an judex, mercator, artifex, conjugatus, etc. An restitutioni, si quis fuerit praescripta, satisfecerit; an defectu examinis, integritatis, doloris, etc., aliquam in confessionibus praeteritis culpam voluntariam commisserit, an fidei rudimenta cognoscat. Si ea ignoret, eum breviter, et paterne, si tempus suppetit instruat Sacerdos, quod

si per tempus non liceat, benigne remittat donec eum instruxerit, vel instrui curaverit. His expletis, poenitens peccata sua sigillatim declaret distincte, atque integre, nec Sacerdos eum interpellavit, nisi postulet necessitas, nec reprehendet, nisi finita confessione, quinimo eum adjuvabit, et, si opus sit, interrogabit. Omnibus declaratis, poenitens dicet: Yo me acuso de todos estos pecados, y de los que no me acuerdo pido perdon de ellos á Dios; y á vos, Padre mio, os pido penitencia, y si lo juzgais por conveniente, la absolucion. Postea perficit confessionem generalem a mea culpa, vel por mi culpa, etc., usque ad finem.

Tum Sacerdos, aperto capite, et dextera versus poenitentem elevata, dicet: Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis, perducatur te ad vitam aeternam, Amen. Deinde signum crucis manu producens: Indulgentiam, absolucionem ✠, et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, et misericors Dominus. Amen.

Postea oportunas monitiones, prout opus esse viderit, paterna adhibebit charitate, ad contritionem, et vitae emendationem hortabitur, remedia peccatorum tra-

det, et convenientem, ac salutarem imponet poenitentiam.

Meminerit Sacerdos aegrotis non esse injungendam gravem, aut laboriosam poenitentiam, sed eam tantum indicendam, quam, si convaluerint, opportuno tempore peragant; interim juxta gravitatem morbi aliqua oratione, aut levi satisfactione imposita absolvantur, si alias sint bene dispositi.

Audita poenitentis confessione, injuncta, et accepta ab eo poenitentia, Sacerdos, cum illum absolvere voluerit, operto capite, et manu extensa, et elevata dicit:

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, et ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis (suspensionis) et interdicti, in quantum possum, et tu indiges: deinde ego te absolvo á peccatis tuis, in nomine Patris ✠, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. *Haec ultima verba dicens, in nomine, etc. producat signum crucis.*

Si poenitens sit laicus, omittitur verbum suspensionis. Tum Sacerdos aperto capite subjungit:

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita Beatae Mariae Virginis, et omnium

Sanctorum, et quicquid boni feceris, et mali sustinueris sit tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiae, et praemium vitae aeternae. Amen.

In confessionibus autem frequentioribus, et brevioribus omitti potest Misereatur, etc. Indulgentiam, etc. Passio Domini nostri, etc. satisque erit dicere: Dominus noster Jesus Christus, ut supra. Urgente vero aliqua gravi necessitate breviter dicere poterit:

Ego te absolvo ab omnibus censuris, et peccatis tuis, in nomine Patris ✠, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Casus reservati in hac Archidioecesi.

Cum hoc parvum volumen in gratiam Sacerdotum ruri Sacramenta ministrantium sit editum, ut in promptu habeant casus in sua dioecesi reservados, non incongruum hic erit eos apponere.

1. Quebrantamiento de la inmunidad, y libertad eclesiástica.
2. Poner manos violentas en clérigo, cuando no es reservada al Papa.
3. Perjurio en juicio en perjuicio de ter-

cero, y falsear escrituras de cualquier modo.

4. Retencion de diezmos y primicias.
5. Blasfemia pública.
6. Hechicería, ó encantamiento.
7. Homicidio voluntario perpetrado.
8. Cópula carnal con religiosa profesá.
9. Incesto donde hay afinidad, ó parentesco, que dirima el Matrimonio.
10. Sodomía, y bestialidad.
11. Poner manos violentas en padre, ó madre.
12. Aborto procurado, aunque no se siga el efecto.

DE SACRAMENTO EUCHARISTIAE.
Ordo ministrandi Sacrum Viaticum laicis.

Sacerdos ad communicandum infirmum processurus, datis monitis de his quae parari debent in aegroti cubiculo, nempe mensa linteolo mundo cooperta, duo luminaria, vasculum cum aqua, et linteum mundum ante pectus communicandi ponendum; congregatis ad pulsum campanae, qui Eucharistiam comitaturi sunt, induitur superpelliceo, et stola albi coloris in

sachristia, assumit bursam, in qua sit corporale, accedit ad altare, in quo est tabernaculum; ibique super infimum altaris gradum genuflectit aliquantulum, surgit, et dicit: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, etc. Introibo; Adjutorium; Confiteor Deo, ut in Missa pro defunctis. Postea ascendit ad altare in medio, et cereis accensis, extensoque corporali aperit ostium tabernaculi, et facta genuflectione, extrahit sacram pyxidem, et de ea assumens aliquot particulas consecratas, vel unam tantum (si longius, aut difficilius iter sit faciendum) eas ponat in parva custodia, quam proprio suo operculo cooperit. Deinde ablutis digitis tabernaculum claudit, et clave obserat, genuflectit, et imposito prius ab utroque humero oblongo velo decenti, utraque manu accipit vas cum Sacramento, quod manifeste, atque honorifice ante pectus elevatum desert cum omni reverentia et timore.

Mox umbellam, seu baldachinum subeat nudo capite processurus, nisi aeris injuria caput bireto operire cogat. Extra Ecclesiam tamen caput pileolo tegere poterit usque ad infirmi cubiculum.

Praecedat acolythus, vel alius minister deferens laternam, vel facem; sequantur duo clerici, vel qui illorum vices suppleant, quorum alter aquam benedictam cum aspersorio, et bursam cum corporali, (quod supponendum erit vasculo Sanctissimi Sacramenti super mensa in cubiculo infirmi) et cum linteolo purificatorio ad digitos Sacerdotis abstergendos: alter librum rituales deferat, et campanulam jugiter pulset. Si vero plures ministri non suppetant, unus semper adlibeatur.

Succedant deinde quidam deferentes intortitia, seu candelas accensas, si qui adsint. Tum Sacerdos Sacramentum gestans, ut supra, dicens psalmum Miserere, et alios psalmos, et cantica. Postremo sequuntur alii Sanctissimum Sacramentum comitantes.

Quod si longius, aut difficilius iter obeundum sit, et fortasse etiam necesse fuerit equitare, vas, in quo Sacramentum defertur, bursa decenter ornata, et ad collum appensa apte includatur, et ita ad pectus alligetur, atque obstringatur, ut neque decidere, neque e pyxide excuti Sacramentum queat.

Priusquam ingrediatur Sacerdos locum ubi

jacet infirmus, accendantur luminaria; Sacerdos vero ingrediens dicat:

Pax huic domui. R̄. Et omnibus habitantibus in ea.

Deinde depósito vase super mensa honeste praeparata supposito corporali, Sanctum Sacramentum genuflexus adoret, omnibus in genua procumbentibus; et mox accepta aqua benedicta, aspergit infirmum, et cubiculum, dicens: Asparges me, Domine, hyssopo, et mundabor, lavabis me, et super nivem dealabor. ŷ. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Gloria Patri, etc. Sicut erat, etc. *Deinde repetitur Antiphona* Asparges me, etc. *Reversus ad mensam genuflectit, ibique coram Sanctissimo Sacramento consistens, dicit:*

ŷ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R̄. Qui fecit coelum, et terram.

ŷ. Domine, exaudi orationem meam.

R̄. Et clamor meus ad te veniat.

ŷ. Dominus vobiscum.

R̄. Et cum spiritu tuo.

Oramus.

Exaudi nos, Domine Sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus: et mittere digneris

sanctum Angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

His dictis post factam genuflexionem accedat ad infirmum, ut cognoscat, num sit bene dispositus ad suscipiendum Sacrum Viaticum, et utrum velit aliqua peccata confiteri, et illum tunc audiat: quamvis prius deberet esse rite confessus, nisi necessitas aliter urgeat.

Tum vero Sacerdos, capite semper aperto, infirmum adhortabitur, ut cum summa devotione Corpus Christi suscipiat. Sequenti vel alia simili exhortatione uti poterit pro personae captu, conditione, et sexu.

Exhortacion al enfermo antes de darle el Santo Viático.

Jesucristo, vuestro salvador, viene á visitaros en vuestra enfermedad: se baja hasta veniros á buscar en esta cama de dolor, á fin de consolaros en vuestras penas. Si estais bien dispuesto, sereis incorporado con Él. Y estando Él con vos, ¿quién será contra vos? Ya podreis decir con el Profeta: Oid, Señor, áun cuando yo viese reunido,

y armado contra mí todo cuanto el mundo tiene de halagüeño, y todo cuanto el infierno de terrible, mi corazón no sería venido; porque vos estais conmigo. Yo no os pido, ni pediré en toda mi vida otra cosa que el que me concedais habitar con vos en vuestra santa Casa por toda una eternidad. ¿No es este vuestro deseo?

Otra exhortacion.

Vuestro Salvador, Jesucristo, viene á vos lleno de caridad á visitaros, consolaros, y daros en alimento su propio cuerpo. Dichoso vos, si le recibís con las disposiciones debidas; si además de una conciencia pura de todo pecado mortal, procurais tener una fé viva de su presencia en aquel divino Sacramento, un ardiente deseo de recibir este pan de los ángeles, y un amor intenso al Señor que os ha hecho y sigue haciendo todavía tantos y tan singulares beneficios.

Quod sequitur fieri debet per modum interrogationis.

Sac. ¿Creeis en Dios Padre Todopoderoso, Criador del cielo y de la tierra, de las cosas visibles é invisibles? R). Si creo.

Sac. ¿Creeis en Jesucristo su único Hijo?
R). Si creo.

Sac. ¿Creeis en el Espíritu Santo? R). Si
creo.

Sac. ¿Creeis, que Padre, Hijo y Espíritu
Santo son tres personas, y un solo Dios
verdadero? R). Si creo.

Sac. ¿Creeis, que nuestro Señor Jesucris-
to, en cuanto hombre, fué concebido por el
Espíritu Santo, y nació de la Virgen Santa
María, quedando ella vírgen antes del par-
to, en el parto, y despues del parto? R). Si
creo.

Sac. ¿Creeis, que padeció, que fué cruci-
ficado, y muerto por salvar los pecadores?
R). Si creo.

Sac. ¿Creeis, que fué sepultado, y des-
cendió á los infiernos de donde sacó las
ánimas de los Santos Padres, que estaban
esperando su santo advenimiento? R). Si
creo.

Sac. ¿Creeis, que al tercero dia resucitó
de entre los muertos, y subió á los Cielos,
y está sentado á la diestra de Dios Padre,
y de allí ha de venir al fin del mundo á juz-
gar los vivos y los muertos? R). Si creo.

Sac. ¿Creeis, que todos hemos de resu-
citar en nuestros propios cuerpos, para que

cada uno reciba galardón, ó castigo conforme á sus obras? R). Si creo.

Postea offerat infirmo crucem, ut osculetur eam, dicens:

Adorámoste Cristo, y bendecímoste, que por tu Santa Cruz redimiste al mundo.

Postea Sacerdos accedit ad mensam genuflectit, accipit Corpus Christi, et ostendit illud iis, qui adsunt, et rursus interrogat infirmum, dicens:

Sac. Réstaos confesar los Sacramentos de la Santa Iglesia Católica, por los cuales nos salvamos. ¿Creeis, que en la Iglesia Católica, que es congregacion de los fieles cristianos, por el Bautismo, y por los otros Sacramentos nos perdona Dios nuestros pecados y nos hace herederos de su reino? R). Si creo.

Sac. ¿Creeis, que por virtud de las palabras, que Cristo dijo en la última Cena, y que dice cualquier Sacerdote rectamente ordenado, por pecador é indigno que sea, se convierte la sustancia del pan en el Cuerpo de Cristo, y la sustancia del vino en su sangre? R). Si creo.

Sac. ¿Y que esto que yo ahora tengo en mis manos es el verdadero Cuerpo de nuestro Señor Jesucristo? R). Si creo.

Sac. Además de esto ¿perdonais de co-
razon á todos los que os han hecho inju-
ria, ó algun pesar? R). Si perdono?

Sac. ¿Pedís asimismo perdon á aque-
llos que en algun tiempo habeis ofendido
por palabra ó por obra? R). Si pido.

*Postea collocat Sacramentum super cor-
porale, genuflectit, surgit, et dicto confi-
teor, sive ab infirmo, sive ab alio ejus nomi-
ne, iterum genuflectit, et ad infirmum con-
versus junctis manibus dicit:*

Misereatur tui omnipotens Deus, et di-
missis peccatis tuis, perducatur te ad vitam
aeternam. R). Amen.

*Deinde manu dextera producat signum
crucis super infirmum, prosequitur.*

Indulgentiam, absolutionem ✠, et re-
missionem peccatorum tuorum tribuat ti-
bi omnipotens, et misericors Dominus.

R). Amen.

*Facta genuflexione, manu sinistra pyxi-
dem assumit, et dextrae manus pollice, in-
diceque Sacramentum de pyxide accipit, et
illud elevans, infirmo clara voce dicit:*

Ecce Agnus Dei: ecce qui tollit pecca-
ta mundi.

Et more solito ter dicat:

Señor, no soy digno que entreis en mi morada; mas por vuestra sola palabra mi alma será sana.

Infirmus simul cum Sacerdote eadem verba, saltem semel, submissa voce dicat. Tum Sacerdos dans infirmo Sacram Eucharistiam, et cum ea signum crucis faciens super pyxidem, dicat:

Accipe, frater (vel soror) Viaticum Corporis Domini nostri Jesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, et perducatur in vitam aeternam. Ky. Amen.

Quod si mors immineat, et periculum sit in mora, tunc praedictis precibus omnino, vel ex parte omissis, ei statim Viaticum praebeatur.

Si aliquot inconveniens in ipsa administratione supervenerit, propter quod iudicio Sacerdotis infirmus non debeat communicare, adoret, et dicat loco illorum verborum: Señor, no soy digno, etc.

Adórote, Cuerpo de mi Señor Jesucristo, y bendígote, que por tu Santa Cruz redimiste el mundo: Señor, redimid mi ánima.

Data Communione, si remaneat particula consecrata in vasculo, illud Sacerdos stricte claudit, ac velum super imponit, et decenter

reponit super mensam, digitos abluit in vase ad hoc parato, nihil dicens, et extergit purificatorio: ablutio vero infirmo detur: deinde Sacerdos dicit:

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Sancte, Pater Omnipotens, aeternae Deus, te fideliter deprecamur, ut accipienti fratri nostro (*vel sorori nostrae*) Sacrosanctum Corpus Domini nostri Jesu-Christi Filii tui, tam corpori, quam animae prosit ad remedium sempiternum: qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. ℞. Amen.

Tum Sacerdos facta genuflexione accedit ad infirmum, quem hortatur, ut gratias agat Deo, qui tantum ei beneficium praestare dignatus est, totumque se illi comitat, ut cum illo maneat. Hoc autem, vel alio simili modo illum hortabitur.

Exhortacion al enfermo des- pues de haberle administrado el Santo Viático.

— — —

¿Qué gracias dareis vos al Señor en reconocimiento de todos los beneficios que habeis recibido de él? ¿Podía daros mayor señal de su amor, que la de unirse á vos por su propia sustancia? Por ella os entrega una prenda segura de la vida eterna; os comunica la semilla de inmortalidad, y derrama sobre vos la gracia de su Santo Espíritu, para que por los auxilios de este Divino Consolador, que habita en vos, podais santificar el resto de vuestros dias por medio de la paciencia y del sufrimiento. Si este Soberano Señor quiere haceros participante del cáliz que Él ha recibido de su Padre, aceptadlo con resignacion, y decid á su ejemplo: Dios mio, hágase vuestra voluntad, y no la mia. La única cosa que yo os pido, es que muera con la muerte de los justos, á fin de que pueda ofreceros con ellos mis votos en la celestial Jerusalem por los siglos de los siglos. R). Amen.

⊕tra exhortacion.

Heos aquí, hermano mio, hecho partici-

pante del cuerpo adorable de vuestro Dios, que por un efecto de su amor ha querido habitar en vuestro pecho, y unirse con vos para siempre. ¿Qué agradecimiento podrá corresponder á la grandeza de este favor? Solo amándole mas que á todas las cosas, podeis pagar de algun modo la deuda que acabais de contraer para con Él. Amadle, pues, con toda vuestra alma, con todo vuestro corazon, con todas vuestras potencias y sentidos, y pedidle que se digne santificar para toda la eternidad esa morada que ha escogido, y hacer que nunca os separeis de Él por el amor de ninguna criatura. Decidle con David: ¿Qué tengo yo fuera de vos en el cielo, ó qué puedo amar en la tierra? Mi herencia es Dios para siempre.

Finita exhortatione, si altera particula Sacramenti superfuerit, (superesse autem semper debet, praeferquam in casu jam dicto pag. 41) revertitur ad mensam, genuflectit, surgit, et accipiens vas cum Sacramento facit cum eo signum crucis super infirmum nihil dicens.

His expletis Sacramentum reverenter deferens revertitur ad Ecclesiam dicendo: Psalm. Laudate Dominum de Coelis, etc.

Te Deum laudamus, etc. *Aliosque Psalmos, et Hymnos, quos memoriter tenet:*

Cum pervenerit ad Altare Ecclesiae deponat pyxidem super corporale, genuflectat, surgat, et dicat:

Ÿ. Panem de coelo praestitisti eis.

R). Omne delectamentum in se habentem.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue quaesemus, ita nos Corporis, et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, etc.
R). Amen.

Deinde annuntiet Indulgentias, dicens:

Todos los que habeis acompañado el Santísimo Sacramento, que es el verdadero Cuerpo de nuestro Señor Jesucristo, habeis cumplido una obra de misericordia visitando á este enfermo: asimismo habeis ganado siete años, siete cuarentenas y doscientos dias de perdon los que habeis traído candelas encendidas. Y los que acompañasteis sin luz cinco años y cinco cuarentenas. Tres años y tres cuarentenas los que

no pudiendo asistir personalmente han mandado en su lugar á otra persona que viniese alumbrando: y á los que estando impedidos, al sonido de la campanilla rezasen de rodillas una vez la oracion del Pater noster, y rogasen á Dios por el enfermo, cuantas veces esto hiciesen, cien dias de indulgencia: á los mismos han concedido los Excmos. Sres. Fr. Rafael de Velez, Fr. Manuel Sanlucar de Barrameda y el Emmo. Sr. Cardenal García Cuesta doscientos dias: y últimamente el Emmo. Sr. Cardenal Payá y Rico otros cien en los mismos términos.

Postea cum Sacramento in pyxide velo cooperta faciat signum crucis super populum, nihil dicens. Postremo illud in loco suo reponat.

Quod si ob difficultatem, aut longitudinem itineris, vel quia ea, qua decet veneratione Sacramentum ad Ecclesiam commode reportari non potest, sumpta fuerit tantum una particula consecrata, tunc ea infirmo administrata, Sacerdos omittat genuflexiones; et post preces, ac exhortationem, infirmum manu benedicat, dicens:

Benedictio Dei Omnipotentis Patris †, et

Filii, et Spiritus Sancti descendat super te,
et maneat semper. Amen.

Deinde indulgentias annuntiet, et extinctis luminibus, latente pyxide, ad Ecclesiam, vel domum quisque revertatur.

In communicandis Diaconis, et Subdiaconis, aliisque inferioribus clericis servatur idem ritus ac pro laicis, nisi quod induentur, si hoc infirmitas permiserit, superpelliceo.

Ordo ministrandi sacrum Viaticum Sacerdotibus.

Paratis omnibus, ut supra, Sacerdos infirmus, si commode fieri possit, induatur superpelliceo, et stola albi coloris e collo pendente, deinde Sacerdos ministrans, facta aspersione, ut supra reversus ad Sanctissimum Sacramentum, genuflectit, et stans dicit:

V. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. R. Et salutare tuum da nobis.

V. Salvum fac servum tuum. R. Deus meus, sperantem in te.

V. Mitte ei, Domine, auxilium de Sancto. R. Et de Sion tuere eum.

V. Nihil proficiat inimicus in eo. R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Ÿ. Esto ei, Domine, turris fortitudinis.

R). A facie inimici.

Ÿ. Domine, exaudi orationem meam.

R). Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum. Ky. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, infirmitatis singulare praesidium, auxilii tui super infirmum nostrum ostende virtutem, ut ope misericordiae tuae adjutus, Ecclesiae tuae Sanctae incolumis representari mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Finita oratione, genuflectit, accedit ad infirmum, et ipsum adhortatur hoc, vel alio simili modo.

Exhortacion á un Sacerdote antes de darle el Viático.

Para fortaleceros y consolaros, amado hermano mio, voy á daros el Cuerpo y la Sangre de Jesucristo, que vos tan frecuentemente habeis ofrecido en sacrificio, recibido y administrado á otros. Él derramará en vuestra alma la plenitud de dones celestiales, os fortalecerá contra las tentaciones, y os dará la vida eterna, de la

cual es prenda segura. Para gustar este dón precioso es preciso estimarlo, desearlo, y recibirlo con una fé viva, una conciencia pura, y un amor sincero: respondedme, pues, de todo vuestro corazon.

Fidei interrogationes supra dictas faciat; infirmus postea, vel alter ejus nomine confessionem generalem dicat: Et ministrans: Misereatur, etc. Indulgentiam, etc. ut supra. Tunc accedet ad infirmum cum sacra pyxide discooperta, et incipiet hymnum: Te Deum laudamus, quem Sacerdotes, qui adesse debent, nisi legitime impediuntur, recitabunt alternatim usque ad hunc versum inclusive: Fiat misericordia tua, Domine, super nos, etc. Tunc Sacerdos ministrans sumit Sacram Eucharistiam inter digitos, quam ostendit infirmo, qui silentibus aliis, solus dicit: in te, Domine, speravi, non confundar in aeternum. Quo peracto Sacerdos ministrans dicit: Ecce Agnus Dei, etc. Mox infirmus: Domine, non sum dignus, etc. Deinde Sacerdos ministrans dat infirmo Saerum Viaticum, dicens: Accipe Frater, (vel Pater, si sit superior) Viaticum, etc. Postea in omnibus sequitur sicut cum laicis, infirmumque brevi sermone adhortabitur hoc, vel alio simili modo.

Exhortacion á un Sacerdote despues de haber recibido el Santo Viático.

Fortificado ya, hermano mio, por el Pan de vida que habeis recibido, os hallais en estado de subir al Monte Santo, si es la voluntad de Dios llamaros ahora á él; allí es á donde Jesús, el Príncipe de los Pastores, os tiene preparada una silla distinguida entre los gefes de su pueblo.

Combatid y perseverad hasta el fin: consumad^o vuestra carrera en el Señor: guardad su fé. *In reliquo reposita est corona justitiæ.* En atencion á esto emplead por el cielo los preciosos momentos que Dios os conceda: olvidad el mundo, y todo lo que le pertenece: cerrad los oidos á todos aquellos discursos que no tengan el gusto de la eternidad; alabad en el silencio á este Dios de gloria y de magestad, que se ha bajado hasta venir á visitaros.

Entregaos á Él, pues, que le perteneceis; y vuestra suerte está en sus manos. *In manibus tuis sortes mee.*

Hablad pues, Señor, (esto es lo que podeis decirle con el Profeta Samuel) hablad, porque vuestro siervo escucha, y decid á mi

alma aquellas palabras llenas de consuelo: Yo soy tu salud. *Dic animæ meæ: Salus tua ego sum.*

Finita exhortatione omnia peragat, ut supra.

De Sacramento Extremæ Uctionis.

Ordo ministrandi Sacramentum Extremæ Uctionis.

Sacerdos hoc Sacramentum ministraturus, quatenus fieri poterit, parari curet apud infirmum mensam mappa candida coopertam, vasculum aquae benedictae cum aspersorio, itemque vas, in quo sit bombacium, vel stupa, aut quid simile in sex globulos distinctum ad abstergendas partes inunctas: ceream item candelam, si opus sit, quae deinde accensa ipsi ungenti lumen praebeat. Denique operam dabit, ut, quanta poterit munditia et nitore, hoc Sacramentum ministretur.

Exinde convocatis clericis, seu ministris, vel saltem uno clerico, qui crucem parvam sine hasta deferat, et ejus defectu aliquo ministro, ipse Parochus superpelliceo, et stola violacei coloris, nisi necessitas aliter suadeat, indutus, decenter accipit vas sacri Olei infir-

morum, illudque caute desert, ne effundatur.

Quod si longius iter peragendum, aut etiam equitandum sit, vel alias adsit periculum effusionis, vas Olei sacco aut bursa inclusum ad collum appendat, ut commodius, et securius perferatur.

Egressus ex Ecclesia procedat capite operato, sed sine sonitu campanulae, atque interim poterit dicere Psalmos Poenitentiales, aut alias preces, vel solus, vel alternatim cum ministris, donec ad cubiculum aegroti pervenerit.

Illud deveniens induatur superpelliceo, et stola, si antea non fuerat indutus, et intrans cubiculum aperto capite dicat:

Y. Pax huic domui.

R). Et omnibus habitantibus in ea.

Deposito Oleo super mensam, aegroto crucem pie deosculandam porrigit, mox aqua benedicta in modum crucis aspergit infirmum, deinde circumstantes, et cubiculum, dicens:

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor, lavabis me, et super nivem dealabor. R). Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Gloria, etc. Sicut erat, etc. Repetitur: Asperges, etc.

Si aeger confiteri velit, audiat illum Sacerdos, ac deinde consoletur piis verbis, ejusque animum confirmet, et in spem erigat vitae aeternae, hoc, vel alio simili modo.

Exhortacion para antes de la Extrema Uncion.

El Profeta Isaías, llorando en otro tiempo la desventura de un pueblo que estaba cubierto de pecados, nada veía en él sano desde los piés á la cabeza. No tenía, segun este Profeta, sino heridas, contusiones, y todo él era una pura llaga inflamada, que el aceite no había bañado ni dulcificado. Si nosotros habemos pecado, como este pueblo, si estamos enfermos y débiles como él, no le imitemos alejándonos de los remedios que Jesucristo nos ha preparado. Éste que yo os voy á aplicar en el nombre del Señor, lejos de atemorizaros, debe por el contrario daros consuelo: él tiene la virtud de borrar las reliquias de nuestros pecados, de fortificaros contra las tentaciones de nuestros enemigos, y aun de daros la salud si conviene á la salvacion de vuestra alma. Esta Santa Uncion y la oracion de la Fé, que la acompaña, salvará al enfermo, como dice el Apóstol Santiago: el Señor le

consolará, y si se halla culpable de algun delito, le será perdonado. Recibid, pues, este saludable Sacramento con la más viva gratitud hácia la bondad de Dios, con una piedad sincera, y con un verdadero dolor de haberle ofendido. Mientras yo hago esta Uncion Sagrada en los órganos de vuestros sentidos, detestad el mal uso que habeis hecho de cada uno de ellos en particular, consolaos con la esperanza de la vida eterna, que será el fin de vuestro destierro, y pedid á Dios, que, si es de su agrado sacaros de este mundo perverso y corrompido, os introduzca en la ciudad de los Santos. Yo estoy persuadido de que no es otro vuestro deseo, y tengo la confianza de que el Sacramento que vais á recibir os fortalecerá cada vez más en esta santa disposicion.

Otra exhortacion.

El Sacramento, que voy á administraros, está instituido para restablecer enteramente la salud de vuestra alma, quitando las reliquias de los pecados que habeis cometido, y aun para daros la salud del cuerpo, si fuere útil para vuestra salvacion. Debeis, pues, recibirle estando en gracia de Dios, y con un dolor grande de vuestras

culpas, para que sean más copiosos sus frutos.

Postea dicat versiculum.

Y. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R). Qui fecit coelum et terram.

Y. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Introeat, Domine Jesu Christe, domum hanc sub nostrae humilitatis ingressu, aeterna felicitas, divina prosperitas, serena laetitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus daemonum, adsint Angeli pacis, domumque hanc deserat omnis maligna discordia. Magnifica, Domine, super nos nomen sanctum tuum, et benedic ✠ nostrae conversationi: sanctifica nostrae humilitatis ingressum, qui sanctus, et pius es, et permanes cum Patre, et Spiritu Sancto in saecula saeculorum. Amen.

Oremus, et deprecemur Dominum nostrum Jesum Christum, ut benedicendo benedicat ✠ hoc tabernaculum, et omnes habitantes in eo, et det eis Angelum bonum custodem, et faciat eos sibi servire ad considerandum mirabilia de lege sua:

avertat ab eis omnes contrarias potestates: eripiat eos ab omni formidine, et ab omni perturbatione, ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivit, et regnat Deus in saecula saeculorum. Amen.

Oremus.

Exaudi nos, Domine Sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc tabernaculo. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Quae orationes, si tempus non patiatur, ex parte, vel in totum poterunt omitti. Tum de more facta confessione generali, latino vel vulgari sermone, Sacerdos dicat: Misereatur, etc., Indulgentiam, etc.

Antequam Parochus incipiat ungere infirmum, moneat adstantes, ut pro illo orent, quod adimplere possunt Psalmos Poenitentiales, vel alias preces recitando, dum ipse Sacramentum administrat, mox dicat:

In nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠ Sancti, extinguatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum no-

strarum, et per invocationem omnium sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul Sanctorum. Amen.

Deinde, intincto pollice in Oleo sancto, in modum crucis ungit infirmum in partibus hic subscriptis, incipiens a parte dextera, ubi sunt duae partes, et aptando cuilibet unctioni verba formae ipsi correspondentia.

AD OCULOS

Per istam sanctam Uctionem *, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti. Amen.

Minister vero, si est in sacris, vel ipsemet Sacerdos postquamlibet unctionem tergat singulas partes inunctas novo globulo bombacii, vel stupae, vel rei similis, et globulos in vase mundo, vel chartaceo involycro reponat, postea deferat, comburat, cineresque in sacrarium projiciat.

AD AURES

Per istam sanctam Uctionem *, et suam piissimam misericordiam, indulgeat

tibi Dominus quidquid per auditum deliquisti. Amen.

AD NARES

Per istam sanctam Unctionem ✱, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

AD OS COMPRESSIS LABIIS

Per istam sanctam Unctionem ✱, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per gustum et locutionem deliquisti. Amen.

AD MANUS

Si aegrotus fuerit Sacerdos manus non inungantur interius, sed exterius.

Per istam sanctam Unctionem ✱, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per tactum deliquisti. Amen.

AD PEDES

Horum non planta, sed pars superior un-genda est.

Per istam sanctam Unctionem ✱, et

suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per gressum deliquisti. Amen.

AD LUMBOS, SIVE RENES

Haec unctio omittitur semper in feminis, et etiam in viris, qui ob infirmitatem vix moveri possunt, nec in hoc Archiepiscopatu est in usu.

Per istam sanctam Unctionem ✱, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per lumborum delectationem deliquisti. Amen.

Mox ad infirmum rediens, et prope ipsum stans, dicit:

Kyrie, eléison; Christe, eléison; Kyrie, eléison. Pater noster, etc. *Secreto.*

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem;

R̄. Sed libera nos a malo.

Ÿ. Salvum fac servum tuum, (*vel* salvam fac ancillam tuam) Domine;

R̄. Deus meus, sperantem in te.

Ÿ. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto;

R̄. Et de Sion tuere eum, (*vel* eam).

Ÿ. Esto ei, Domine, turris fortitudinis

R̄. A facie inimici.

Ÿ. Nihil proficiat inimicus in eo, (*vel* in ea)

R). Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Y. Domine, exaudi orationem meam;

R). Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Domine Deus, qui per Apostolum tuum Jacobum locutus es: *Infirmitur quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus: et si in peccatis sit, remittentur ei: cura, quaesumus, Redemptor noster, gratia Sancti Spiritus languores istius infirmi, (vel infirmae) ejusque sana vulnera, et dimitte peccata; atque dolores cuactos mentis et corporis ab eo (vel ab ea) expelle, plenamque interius, et exterius sanitatem misericorditer redde; ut ope misericordiae tuae restitutus, (vel restituta) ad pristina reparetur officia. Qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivis, et regnas Deus in saecula saeculorum. R). Amen.*

Oramus

Respice, quaesumus, Domine, famulum

tuum, (*vel* famulam tuam) N., in infirmitate sui corporis fatiscentem, et animam refove, quam creasti; ut castigationibus emendatus (*vel* emendata) se tua sentiat medicina salvatum (*vel* salvatam). Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oramus

Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, qui benedictionis tuae gratiam aegris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietati custodis: ad invocationem tui nominis benignis assiste; ut famulum tuum (*vel* famulam tuam) ab aegritudine liberatum (*vel* liberatam), et sanitate donatum (*vel* donatam) dextra tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiae tuae sanctae cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

His peractis Sacerdos pro personae qualitate salutaria monita praebere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confirmetur, et ad fugandas daemonum tentationes roboretur: hac, vel alia simili exhortatione utetur.

Exhortacion para despues de la Extrema Uncion

Despues de haber recibido el sacramento, que da fuerza y valor en el último combate contra el enemigo de nuestra salud, ya no nos falta más, hermano mio, que desprender el espíritu de todos los vanos pensamientos de este mundo engañoso. La vanidad y el fausto no deben distraer á un cristiano que se prepara para presentarse delante de Jesucristo.

Nuestro cuerpo es una especie de prision, donde nuestra alma está detenida para sufrir, ser tentada, y merecer, resistiendo á la tentacion. Este mundo lleno de infortunios es un lugar de destierro. El cielo es nuestra patria; éste es la tierra prometida; éste es el puerto donde gozaremos del descanso despues de la tempestad. Dichosos los que mueren en el Señor: la muerte es para ellos una gracia, que asegura el efecto de todas las otras.

¿Por qué, pues, temeréis el ver que os acercáis á aquel en quien vos creéis, en quien esperais y á quien amais? Cerrad

los ojos al mundo entero, y no penseis más que en vuestro Divino Salvador. Hallaréis en él una misericordia todavía más grande que vuestra miseria. Vuestros trabajos, vuestros dolores, vuestros gemidos se acabarán, y os conducirán, si los sufrís con resignacion, á la morada de los santos, en donde veréis, alabaréis y amaréis al Santo de los santos por toda una eternidad: así lo esperamos, y así lo pediremos á Dios.

Otra exhortacion

Agradeced, hermano mio, este nuevo é inestimable beneficio que acaba de haceros vuestro Salvador, aplicándoos por mi ministerio una medicina celestial, que le ha costado su misma sangre. Resta ahora que procureis ejercitaros en actos de fé, de esperanza firme en la misericordia de vuestro Dios, y de amor para con su infinita bondad. Ofrecedle todos vuestros trabajos y dolores, sufriendolos con resignacion y con espíritu de penitencia, y poned en sus manos vuestra vida, conformándoos enteramente con lo que quiera disponer de vos. Decidle á menudo y de todo cora-

zon: no se haga, Señor, mi voluntad, sino la vuestra.

Si infirmus habeat liberos praesentes, Sacerdos, si id expedire judicaverit, vel id postulaverint liberi, ut nonnumquam contingit, dicet:

Ved aquí á vuestros hijos de rodillas, que os dan las gracias por el cuidado que habeis tenido con ellos, os piden perdon de todos los disgustos que os hubiesen causado, y os suplican les deis vuestra bendicion.

Tunc infirmus elevans manum, et ad hoc, si opus fuerit, adjutus producet signum crucis super illos, eisque bene precabitur his, aut similibus verbis, quae suggerentur a Sacerdote.

Hijos míos, servid al Señor en verdad y en justicia; procurad hacer solo lo que le sea agradable; bendecidle en todo tiempo, y no me olvidéis despues de mi muerte. Tob. 14.

Postea Sacerdos monitum sequens dabit aegroto.

El Hijo de Dios nos dice, hermano mio, que es preciso abandonar todo para ir á Él. No hay, pues, que pensar más en lo que se-

rá de vuestros hijos, pensad solamente en lo que será de vos mismo; emplead en la salud de vuestra alma los instantes que Dios quiera concederos de vida.

Denique aquam benedictam, et crucem coram infirmo relinquat, ut eam frequenter aspiciat, et pro sua devotione osculetur, et amplectatur.

Admonebit etiam domesticos, et ministros infirmi, ut si morbus ingravescat, vel infirmus incipiat agonizare, statim ipsum Parochum accersant, ut morientem adjuvet ejusque animam Deo commendet.

Sed si mors immineat, priusquam discedat Sacerdos, ejus animam rite commendabit.

Ordo brevior ministrandi Sacramentum Extremae Unctionis

Si periculum sit, ne aegrotus decedat ante finitas preces modo descriptas, Sacerdos eum cito ungat ad oculos, dicens: Per istam sanctam Unctionem, etc. Deinde ad reliquos sensus, ut supra, et si supervixerit resumuntur omissa.

Ubi mors adhuc magis instabit, cito unget Sacerdos unum oculum, unam aurem,

*alteram narium, labium, unam manum et pedem unum, dicendo: Per istam sanctam Unctionem, * et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti (ad oculum) per visum, (ad aurem) auditum, (ad alteram narium) odoratum, (ad labium) gustum, et locutionem, (ad manum) tactum (ad pedem) et gressum. Amen.*

*Denique, si ita mors urgeat, ut non possit fieri nisi unica Unctio, Sacerdos ungat oculum, vel aliud organum, immo consultius erit caput inungere a quo omnes sensuum nervi descendunt, dicens: Per istam sanctam Unctionem, * et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquisti per visum (si ungat oculum priorique modo se gerat), et alios sensus.*

Caveat Sacerdos, ne citra extremam necessitatem hoc modo Extremam Unctionem administret Si dum inungitur infirmus decedat, Sacerdos ultra non procedat; quod si dubitet an vivat adhuc, Unctionem prosequatur sub conditione proferendo formam, dicens: Si vivis, per istam sanctam Unctionem, etc.

SEPTEM PSALMI
PŒNITENTIALES
CUM LITANIIS

*pro infirmis, dum sacro liniuntur Oleo, seu
pro alia necessitate, dicuntur flexis genibus.
Antiphona Ne reminiscáris...*

PSALMUS 6

Dómine, ne in furóre tuo árguas me: *
neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus
sum: * sana me, Dómine, quóniam con-
turbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde: * ¿sed
tu, Dómine, úsquequo?

Convértere, Dómine, et éripe ánimam
meam: * salvum me fac propter mise-
ricórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit
tui: * ¿in inférno autem quis confitébi-
tur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per sín-
gulas noctes lectum meum: * lácrymis
meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus: * inve-
terávi inter ómnes inimícos meos.

Discédite a me omnes, qui operámini ini-
quitátem; * quóniam exaudivit Dóminus
vocem fletus mei.

Exaudivit Dóminus deprecationém meam; *
Dóminus oratióem meam suscepit.

Erubéscant, et conturbéntur vehementer o-
mnes inimici mei: * convertántur et eru-
béscant valde velóciter. Gloria Pa-
tri... Sicut erat...

PSALMUS 31

Beáti, quórum remissae sunt iniquitátes, *
et quórum tecta sunt peccáta.

Beátus vir, cui non imputávit Dóminus
peccátum, * neque est in spíritu ejus
dolos.

Quóniam tacui, inveteravérunt ossa mea, *
dum clamárem tota die.

Quóniam die ac nocte graváta est super me
manus tua: * convérsus sum in aerúmna
mea, dum confígitur spina.

Delíctum meum cógnitum tibi feci, * et
injustítiam meam non abscondi.

Dixi: Confitébor advérsus me injustítiam

meam Dómino: * et tu remisísti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis sanctus, * in tēpore opportúno.

Verúntamen in dihúvio aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum a tribulatióne, quae circúmdedit me: * exultátió mea, érué me a circumdántibus me.

Intelléctum tibi dabo, et ínstruam te in via hac, qua gradiéris: * firmábo super te óculos meos.

Nolíte fferi sicut equus et mulus, * quibus non est intelléctus,

In camo et fraeno maxíllas eórum constringe, * qui non appróximant ad te.

Multa flagélla peccatóris; * sperántem autem in Dómino misericórdia circúmdabit.

Laetámini in Dómio et exultáte, iusti; * et gloriámini, omnes recti corde. Glória Patri... Sicut erat...

PSALMUS 37

Dómine, ne in furóre tuo árguas me: *
neque in ira tua corrípias me.

Quóniam sagíttae tuae infixae sunt mihi: *
et confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea a fácie
irae tuae: * non est pax óssibus meis
a fácie peccatórum meórum

Quóniam iniquitátes meae supergréssae
sunt caput meum; * et sicut onus gra-
ve gravatae sunt super me.

Putruérunt et corrúptae sunt cicatríces
meae * a fácie insipiéntiae meae.

Miser factus sum, et curvátus sum usque
in finem: * tota die contristátus ingre-
diébar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusióni-
bus: * et non est sánitas in carne mea.

Afflíctus sum, et humiliátus sum nimis: *
rugiébam a gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium
meum; * et gémitus meus a te non est
abscónditus.

Cor meum conturbatum est, derelíquit me
virtus mea: * et lumen oculórum meó-
rum, et ipsum non est mecum.

Amici mei, et próximi mei * advérsum
me appropinquavérunt, et stetérunt.

Et qui juxta me erant, de longe steté-
runt; * et vim faciébant qui quaerébant
ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locuti sunt

vanitates; * et dolos tota die meditantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam; * et sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens, * et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te, Domine, speravi; * tu exaudies me, Domine Deus meus.

Quia dixi: Nequando supergaudeant mihi inimici mei; * et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum, * et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, * et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me; * et multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahent mihi; * quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me, Domine Deus meus: * ne discesseris a me.

Intende in adiutorium meum, * Domine Deus salutis meae. Gloria Patri... Sicut erat...

PSALMUS 50

Miserére mei, Deus, * secúndum magnam
misericórdiam tuam;

Et secúndum multitudinem miseratiónum
tuárum * dele iniquitátem meam.

Ámplius lava me ab iniquitáte mea; * et
a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognosco; *
et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: *
ut justificéris in sermónibus tuis, et
vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus
sum; * et in peccátis concépit me ma-
ter mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta et
occúlta sapiéntiae tuae manifestásti mihi

Aspérges me hyssópo, et mundábor; * la-
vábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et laetítiam; *
et exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis, * et
omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus; * et spíri-
tum réctum ínnova in viscéribus meis.

Ne projicias me a fácie tua; * et spíritum
sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi laetítiam salutáris tui; * et spí-
ritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vías tuas; * et ímpii ad te
converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus sa-
lútis meae; * et exultábit língua mea justí-
tiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries; * et os meum
annuntiábit láudem tuam.

Quóniam si voluísset sacrificium, dedís-
sem útique: * holocáustis non delectá-
beris.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus: * cor
contrítum et humiliátum, Deus, non
despícies.

Benigne fac, Dómine, in bona voluntáte
tua Sion; * ut aedificéntur muri Jerúsa-
lem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiae, obla-
tiones, et holocáusta: * tunc impónent
super altáre tuum vítulos.

Glória Patri... Sicut erat...

PSALMUS 101

Dómine, exáudi orationem meam; * et clá-
mor meus ad te véniat.

Non avértas fáciem tuam a me: * in qua

cúmque die tribulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacúmque die invocávero te, * veló-
citer exáudi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei; * et
ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percússus sum ut foenum, et áruit cor
meum; * quía oblítus sum comédere pa-
nem meum.

A voce gémitus mei * adhaesit os meum
carni meae.

Símilis factus sum pellicáno solitúdinis: *
factus sum sicut nyctícorax in domi-
cílio.

Vigilávi, * et factus sum sicut passer soli-
tárius in tecto.

Tota die exprobrábant mihi inimíci mei: *
et qui laudábant me, advérsus me ju-
rábant.

Quia cínerem támquam panem manducá-
bam, * et potum meum cum fletu mi-
scébam.

A fácie irae et indignatiónis tuae, * quia
élevans allisísti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt; * et
ego sicut foenum áruí.

Tu autem, Dómine, in aetérnum pérma-

nes; * et memoriale tuum in generationem et generationem.

Tu exurgens miseréberis Sion; * quia tempus miseréndi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lápides ejus; * et terrae ejus miserebúntur.

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine; * et omnes reges terrae glóriam tuam.

Quia aedificávit Dóminus Sion; * et vidébitur in gloria sua.

Respéxit in orationem humílium; et non sprévit précem eórum.

Scribántur haec in generatione áltera: * et pópulus, qui creábitur, laudábit Dóminum;

Quia prospéxit de excélsio sancto suo; * Dóminus de coelo in terram aspéxit:

Ut audíret gémitus compeditórum; * ut sólveret filíos interemptórum:

Ut annúntient in Sion nomen Dómini; * et láudem ejus in Jerúsalem:

In conveniéndo pópulos in unum, * et reges, ut sérviant Dómino.

Respóndit ei in vía virtútis suae. * Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoques me in dimídio diérum meó-

rum: * in generatióem et generatió-
nem anni tui.

Iníitio tu, Dómine, terram fundásti; * et
ópera mánuum tuárum sunt coeli.

Ipsi peribunt, tu autem pérmanes, et o-
mnes sicut vestiméntum veteráscent,
Et sicut opertórium mutábis eos, et mu-
tabúntur: * tu autem idem ipse es, et
anni tui non deficient.

Fílii servórum tuórum habitábunt; * et se-
men eórum in séculum dirigétur.

Glória Patri... Sicut erat...

PSALMUS 129

De profundis clamávi ad te, Dómine; *
Dómine, exáudi vocem meam.

Fiant áures tuae intendéntes * in vocem
deprecatiónis meae.

Si iniquitátes observáveris, Dómine; * ¿Dó-
mine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est; * et propter
legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: * spe-
rávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: *
speret Ísrael in Dómino;

Quia apud Dóminum misericórdia, * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel * ex ómnibus iniquitatibus ejus.

Glória Patri... Sicut erat...

PSALMUS 142

Dómine, exáudi oratióem meam: áuribus percipe obsecratióem meam in veritate tua: * exáudi me in tua justítia.

Et non intres in judícium cum servo tuo; * quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimicus ánimam meam: * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obsúris sicut mórtuos séculi: * et ansiátus est super me spíritus meus; in me turbátum est cor meum.

Memor fui dierum antiquórum, meditátus sum in ómnibus opéribus tuis: * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expánde manus meas ad te: * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me, Dómine: * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam á me; * et símilis
ero descendéntibus in lacum:

Audítam fac mihi mane misericórdiam
tuam; * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem; *
quia ad te levávi ánimam meam.

Éripe me de inimícis meis, Dómine, ad te
confúgi: * doce me fácere voluntátem
tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram
rectam: * propter nomen tuum, Dómine,
vivificábis me in aequitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam; * et in
misericórdia tua dispédes inimícos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant ánimam
meam; * quoniam ego servus tuus sum.

Glória Patri... Sicut erat...

Antiphona Ne reminiscáris, Dómine, de-
lícta nostra, vel paréntum nostrórum: neque
vindíctam sumas de peccátis nostris.

LITANIAE

Kyrie, eléison, Christe, eléison. Kyrie,
eléison.

Christe, audi nos. Christe, exaudi nos.

Pater de coelis Deus,
Fili Redemptor mundi Deus, } miserere no-
Spiritus sancte Deus, } bis.
Sancta Trinitas unus Deus, }

Sancta MARIA,
Sancta Dei Genitrix,
Sancta Virgo virginum,
Sancte Michael,
Sancte Gabriel,
Sancte Raphael,

} ora pro nobis.

Omnes sancti Angeli et Archangeli,
Omnes sancti beatorum spirituum } orate.

Ordines

Sancte Joannes Baptista, ora.

Sancte Joseph, ora.

Omnes S. Patriarchae, et Prophetae, orate.

Sancte Petre,

Sancte Paule,

Sancte Andrea,

Sancte Jacobe,

Sancte Joannes,

Sancte Thoma,

Sancte Jacobe,

Sancte Philippe,

Sancte Bartholomaeae,

Sancte Matthaeae,

Sancte Simon,

Sancte Thaddaeae,

Sancte Mathia,

Sancte Bernaba,

Sancte Luca,

Sancte Marce,

Omnes sancti Apostoli, et Evang. }

Omnes sancti Discipuli Domini, } orate.

Omnes sancti Innocentes,

Sancte Stephane,

Sancte Laurenti,

Sancte Vincenti,

} ora.

Sancti Fabiane, et Sebastiane,	}	orate.
Sancti Joannes, et Paule,		
Sancti Cosma, et Damiane,		
Sancti Gervasi, et Protasi,		
Omnes sancti Martyres,		
Sancte Silvester,	}	ora.
Sancte Gregori,		
Sancte Ambrosi,		
Sancte Augustine,		
Sancte Hieronymus,		
Sancte Martine,		
Sancte Nicolae.		
Omnes sancti Pontif. et Coeques.		orate.
Omnes sancti Doctores,		orate.
Sancte Antoni,	}	ora.
Sancte Benedicte,		
Sancte Bernarde,		
Sancte Dominice,		
Sancte Francisce,		
Omnes S. Sacerdotes, et Levitae,		orate.
Omnes S. Monachi, et Eremitae,		orate.
Sancta Maria Magdalena,	}	ora.
Sancta Agatha,		
Sancta Lucia,		
Sancta Agnes,		
Sancta Caecilia,		
Sancta Catharina,		
Sancta Anastasia.		
Omnes scetae, Virgines, et Viduae,		orate.
Omnes sancti, et sanctae Dei,		intercedite pro nobis.
Propitius esto,	parce nobis,	Domine.
Propitius esto,	exaudi nos,	Domine.
Ab omni malo,	libera nos,	Domine.

Ab omni peccato,
Ab ira tua,
A subitanea, et improvisa morte,
Ab insidiis diaboli,
Ab ira, et odio, et omni mala voluntate,
A spiritu fornicationis,
A fulgure, et tempestate, } libe-
A flagello terraemotus, } ra.
A peste, fame et bello,
A morte perpetua,
Per mysterium sanctae incarnationis
tuae,
Per adventum tuum,
Per nativitatem tuam,
Per baptismum, et sanctum jejunium
tuum,
Per crucem, et passionem tuam,
Per mortem, et sepulturam tuam, } libe-
Per sanctam resurrectionem tuam, } ra.
Per admirabilem ascensionem tuam,
Per adventum Spiritus sancti Paraclyti,
In die judicii,
Peccatores, te rogamus, audi nos.
Ut nobis parcas,
Ut nobis indulgeas,
Ut ad veram poenitentiam nos
perducere digneris,
Ut Ecclesiam tuam sanctam rege- } te roga-
re, et conservare digneris, } mus.
Ut domnum Apostolicum, et om-
nes ecclesiasticos ordines in
sancta religione conservare
digneris,
Ut inimicos sanctae Ecclesiae hu-

miliare digneris,
Ut regibus, et principibus Christianis pacem, et veram concordiam donare digneris,
Ut cuncto populo Christiano pacem et unitatem largiri digneris,
Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare, et conservare digneris,
Ut mentes nostras ad coelestia desideria erigas,
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rogamus.
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, et benefactorum nostrorum ab aeterna damnatione eripias,
Ut fructus terrae dare, et conservare digneris,
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris,
Ut nos exaudire digneris,
Fili Dei,
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Christe, audi nos. Christe, exaudi nos.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie,
eléison. Pater noster *secreto* etc.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

R). Sed libera nos a malo.

PSALMUS 69

Deus, in adjutórium meum inténde: * Dó-
mine, ad adjuvándum me festína.

Confundántur, et revereántur, * qui quae-
runt ánimam meam.

Avertántur retrorsum, et erubéscant, * qui
volunt mihi mala.

Avertántur statim erubescéntes, * qui di-
cunt mihi: Euge, euge.

Exúltent et laeténtur in te omnes, qui quae-
runt te, * et dicant semper: Magnificéetur
Dóminus, qui diligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus, et pauper sum: * Deus,
ádjua me.

Adjútor meus, et liberátor meus es tu: *
Dómine, ne mórérís.

Glória Patri... Sicut erat...

Ÿ. Salvos fac servos tuos. R). Deus meus,
sperántes in te.

Ÿ. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.

R). A fácie inimíci.

Ÿ. Nihil proficiat inimícus in nobis. R). Et

- filius iniquitatis non appónat nocére nobis.
Ÿ. Dómine, non secundum peccáta nostra
fácias nobis. R). Neque secúndum iniqui-
tátes nostras retríbuas nobis.
Ÿ. Orémus pro Pontífice nostro N. R). Dó-
minus consérvet eum, et vivíficet eum,
et beátum fáciat eum in terra, et non tra-
dat eum in ánimam inimicórum ejus.
Ÿ. Orémus pro benefactóribus nostris.
R). Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus
nobis bona faciéntibus, propter nomen
tuum vitam aetérnam. Amen.
Ÿ. Orémus pro fidélibus defúctis. R). Ré-
quiem aetérnam dona eis, Dómine; et lux
perpétua lúceat eis.
Ÿ. Requiéscant in pace. R). Amen.
Ÿ. Pro frátribus nostris abséntibus. R). Sal-
vos fac servos tuos, Deus meus, sperántes
in te.
Ÿ. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto;
R). Et de Sion tuére eos.
Ÿ. Dómine, exáudi orationem meam; R). Et
clamor meus ad te véniat.
Ÿ. Dóminus vobíscum. R). Et cum spírítu
tuo.

Orémus *Oratio.*

Deus, cui proprium est miseréri semper et

párcere: súscipe deprecationem nostram; ut nos et omnes fámulos tuos, quos delictórum cátena constringit, miserátio tuae pietátis cleménter absólvat.

Exáudi, quaésumus, Dómine, súpplícum preces, et confiténtium tibi parce peccátis; ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benignus et pacem.

Ineffábilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter, osténde; ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a poenis, quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offénderis, poeniténtia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; et flagélla tuae iracúndiae, quae pro peccátis nostris merémur, avérte.

Omnípotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro N. et dírige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salutis aetérnae; ut, te donánte, tibi plácita cupiat, et tota virtúte perfíciat.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla.

Ure igne sancti Spíritus renes nostros, et cor nostrum, Dómine: ut tibi casto corpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Fidélium, Deus, ómnium Córditor et Redemptor, animábus famulórum famularúmque tuarum remissionem cunctórum tribue peccatórum: ut indulgéntiam quam semper optavérunt, piis supplicatióibus consequántur.

Actiões nostras, quaesumus Dómine, aspirándo praéveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te coepta finiátur.

Omnípotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuorum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúrus esse praenóscis: te súpplícés exorámus; ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel praesens séculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos corpore suscepit, intercedéntibus ómnibus sanctis tuis, pietátis tuae cleméntia ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum.

Ÿ. Dóminus vobíscum. R). Et cum spírítu tuo.

ŷ. Exáudiat nos omnípotens et miséricors
Dóminus. R̄. Amen. ŷ. Et fidélium áni-
mae per misericórdiam Dei requiéscant
in pace. R̄. Amen.

Ordo juvandi morientes

*Cum ex mortis momento pendeat aeterna fe-
licitas, eo majorem in juvandis morientibus cu-
ram adhibere debet Parochus, quo majores cona-
tus adversus ipsos adhibet hostis humani gene-
ris, sciens quia modicum tempus habet. Ideo
Parochus ingravescente morbo, infirmum fre-
quentius visitabit, eique suggerat modo infra
praescripto, pios affectus, et virtutum actus,
latino, vel vulgari sermone pro personae captu.*

Monitum circa usum subse- quentium actum

*Non omnia infra subscripta sunt aegrotis
proponenda uno, et eodem contextu, sed paula-
tim pro conditione aegroti, et statu morbi.*

*Interrumpi ergo debet interdum colloctionis
contextus, sive silendo, ut melius aegrotus di-
gerat audita, sive ipsum interrogandum, si-
ve fusis pro eo precibus.*

Utendum est brevibus periodis, nec loquendum properanter, sed graviter; non altiori voce, sed mediocri, non eodem vocis tono, sed eo, qui aptior erit ad pios affectus excitandos.

ACTUS FIDEI

1. *Parochus hortetur infirmum, ut firmiter credat quidquid credit, et docet sancta Ecclesia Catholica, Apostolica, et Romana, hoc modo.*

Dios mio, yo creo firmemente todo lo que cree y enseña la santa Iglesia, porque esto es lo que Vos le habeis revelado; concededme la gracia de vivir y morir en esta fé.

Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam. Marc. cap. 9. *Ÿ.* 23.

Yo creo, Señor, suplid vos lo que falta á mi fé.

Domine, adauge nobis fidem. Luc. c. 17. *Ÿ.* 5.

Señor, aumentad en nosotros la fé.

Domine, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi qui in hunc mundum venisti. Joann. 11. *Ÿ.* 27.

Señor, yo creo que vos sois Cristo Hijo

de Dios vivo, que habeis venido á este mundo.

ACTUS SPEI

2. *Tota fiducia speret Christum Dominum sibi fore propitium, et merito ejus Passionis vitam aeternam esse consecuturum.*

Dios mio, yo espero por los méritos de Jesucristo mi Salvador que me daréis vuestro santo Paraíso, y los auxilios de que necesito para llegar á él; porque lo habeis prometido, y sois bueno y fiel en vuestras promesas.

In te, Domine, speravi non confundar in aeternum. Psalm. 30. Y. 1.

Yo siempre esperé en vos, Señor, no permitais que tenga la confusion de haber esperado en vano.

Esto mihi in Deum protectorem; et in Domum refugii, ut salvum me facias. Ibid. Y. 3.

Permitid, Señor, que yo halle en Vos un Dios que me proteja, y un asilo adonde pueda salvarme.

Eripe me de manibus inimicorum meorum, et a persequentibus me. Ibid. Y. 19.

Libradme de la mano de mis enemigos,

que me persiguen con el designio de perderme.

Mihi autem adhaerere Deo bonum est; ponere in Deo spem meam. Ps. 72. Y. 26.

Nada me puede estar más bien que unirme á Dios, y poner en Él toda mi confianza.

ACTUS AMORIS DEI

3. *Toto corde diligit, et maxime diligere cupiat Deum, et proximum sicut se ipsum.*

Dios mio, yo os amo de todo mi corazón, y sobre todas las cosas, porque sois infinitamente amable, é infinitamente perfecto. Por vuestro amor amo también á mi prójimo como á mí mismo.

Diligam te, Domine, fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus. Psalm. 17. Y. 1.

Yo os amaré á Vos, Señor, que sois toda mi fortaleza, mi apoyo, mi refugio, y mi libertador.

Quid enim mihi est in coelo? et ad te quid volui super terram? Psalm. 72. Y. 24.

¿Qué tengo yo que desear en el cielo, ni qué puedo amar sobre la tierra, sino á Vos, Dios mio?

Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum. Ibid. Y. 25.

¡O Dios de mi corazón! Vos sois mi herencia para siempre.

Domine, tu scis, quia amo te. Joann. 21. Y. 16.

Señor, Vos sabéis que os amo.

ACTUS CONTRITIONIS

4. *Ex toto corde doleat de peccatis suis.*

Dios mío, yo os pido perdón por Jesucristo de todos los pecados que he cometido contra vuestra Divina Majestad.

¡O Dios mío! tengo un muy grande arrepentimiento de haberos ofendido, porque sois infinitamente bueno, y el pecado os desagrada.

Propongo mediante vuestra santa gracia no ofenderos más, antes mil muertes, ¡o mi Dios! que seros infiel.

Delicta juventutis meae, et ignorantias meas ne memineras. Psalm. 24. Y. 7.

Olvidad los extravíos de mi flaca y ciega juventud.

Secundum misericordiam tuam memento mei, tu: propter bonitatem tuam, Domine. Ibid. Y. 8.

Acordaos de mí con aquellos tiernos sentimientos que os inspira vuestra clemencia.

Vide humilitatem meam, et laborem meum: et dimitte universa delicta mea.
Ibid. y. 19.

Considerad mi abatimiento, y los males que sufro, y haced que pueda á lo menos expiar por ellos los pecados que he cometido.

Pater, peccavi in coelum, et coram te: jam non sum dignus vocare filius tuus.
Luc. 15. y. 18 et 19.

Padre mio, he pecado contra el cielo y contra Vos, de aquí en adelante no soy digno de llamarme vuestro hijo.

Psalm. 50. Miserere, etc (pag. 80) *in quo tot fere actus contritionis, quot versus.*

ACTUS RESIGNATIONIS DIVINAE VOLUNTATIS

5. *Cum humili submissione acceptet Dei voluntatem, sive ad vitam, sive ad mortem.*

Dios mio, yo acepto esta enfermedad con todas sus resultas, y aun la muerte, si es vuestra voluntad, para satisfacer á mis delitos. Reconozco la mucha indulgencia con que me tratais; pues merezco penas infi-

nitamente mayores que las que sufro.

Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat. Lib. 1. Reg. cap. 3. Y. 18.

Dios es el Señor; que haga de mí lo que le agrade.

Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Job. 1. Y. 21.

Ello ha sucedido, como plugo al Señor: sea bendito su santo nombre.

Sive vivimus, sive morimur, Domini sumus. Rom. 14.

Que vivamos, que muramos, somos siempre del Señor.

Da mihi, Domine, ut faciam voluntatem tuam corde magno, et animo volenti. Mach. 1.

Concededme la gracia, Señor, de hacer vuestra voluntad con una entera sumision de espíritu y de corazon.

ACTUS DESIDERII AETERNAE VITAE.

6. *Se excitet ad desiderium bonorum aeternorum.*

Dios mio, yo deseo de todo mi corazon veros en la mansion de vuestra gloria, para bendeciros y amaros sin intermision con los santos.

Quis det ut veniat petitio mea: et quod exspecto, tribuat mihi Deus? Job. 6. Y. 8.

Quiera Dios que lo que yo deseo sea cumplido, y que Él me haga participante de la dicha que yo aguardo.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum; ita desiderat anima mea ad te Deus. Psalm. 41. Y. 1.

Como el ciervo fatigado busca una fuente adonde pueda serenarse, así mi alma suspira por Vos, Dios mio, que sois la fuente de toda consolacion.

Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in saecula saeculorum laudabunt te. Psalm. 83. Y. 5.

Señor, dichosos los que habitan en vuestra casa: no se emplearán en otra cosa que en alabaros por toda una eternidad.

Melior est dies una in atris tuis super millia. Ibid. Y. 10.

Un dia solo que yo pase en vuestra compañía, me será más dulce que mil entre las delicias de este mundo.

ACTUS GRATITUDINIS

7. *Gratiarum actiones Deo referat pro omnibus beneficiis ab ipso acceptis.*

Dios mio, yo os doy las gracias por todos los bienes espirituales y temporales que de Vos he recibido toda mi vida.

Todo lo que hice por Vos, es infinitamente menos de lo que Vos hicisteis por mí.

Para suplir todo lo que á mí me falta, os ofrezco á vuestro mismo Hijo Jesucristo.

Quid retribuam Domino, pro omnibus quae retribuit mihi? Psalm. 115. Ψ . 3.

¡Oh Dios de bondad! ¿con qué puedo yo recompensaros tantos beneficios como recibí de Vos?

Benedic anima mea Domino: et noli oblivisci omnes retributiones ejus. Psalm. 102. Ψ . 2.

Alma mia, bendice al Señor, y jamás olvides sus beneficios.

Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo. Ps. 33. Ψ . 1.

Bendeciré al Señor en todo tiempo: y desde ahora consagro mis labios para celebrar siempre sus alabanzas.

Misericordias domini in aeternum cantabo. Psalmo. 88. Ψ . 1.

Yo cantaré eternamente las misericordias del Señor.

8. *Sanctissimum nomen Jesu saepe invocet.*

Jesu Fili David, miserere mei.

Domine Jesu, suscipe spiritum meum.

Domine Jesu, in manus tuas commendo spiritum meum.

9. *Sanctissimae Deiparae se commendet.*

Sancta Maria: ora pro nobis, nunc et in hora mortis nostrae.

Maria Mater gratiae, tu nos ab hoste protege et mortis hora suscipe.

Jesus, benedictum Filium nobis post hoc exilium ostende.

Partes litaniarum beatæ Mariæ interdum adhibeat.

10. *Angeli custodis, et sanctorum patronorum, auxilium imploret.*

Angele custos, hac die (vel nocte), custodi, rege, et gubernam me.

Omnes angeli, intercedite pro me.

Sancte N., ora pro me.

Omnes sancti, orate pro me.

11. *Denique aliquid de Passione Domini sibi legi curet; hoc enim maximo illi erit solatio, ideo Sacerdos, vel aliquis e familiaribus aegroti proponant ipsi identidem aliquem textum Passionis ut sequitur.*

Excerpta de Passione secundum quatuor Evangelistas.

1. *Filius hominis vadit sicut scriptum est.*

El Hijo del hombre se va así como está escrito.

2. *Pater, quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quemquam.*

Padre mio, yo no he perdido alguno de los que Vos me habeis entregado.

3. *Ego dispono vobis, sicut disposuit Pater meus regnum.*

Yo os preparo un reino, como mi padre me lo ha preparado.

4. *Corpit Jesus contristari, pavere, taedere, et moestus esse.*

Jesús empezó á entristecerse, afligirse, temer y á consumirse de dolor.

5. *Tristis est anima mea usque ad mortem, sustinete hic, et vigilate mecum.*

Mi alma está triste hasta la muerte, aguardad aquí, y velad conmigo.

6. *Pater, si vis, transfer calicem istum a me.*

Padre mio, si quereis, separad de mí este cáliz.

7. *Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.*

No obstante, no se haga mi voluntad, sino la vuestra.

8. *Calicem, quem dedit mihi Pater, bibam illum.*

Beberé el cáliz que mi padre me ha dado:

9. *Factus in agonia prolixius orabat.*

Casi reducido á la agonía oraba más largo tiempo.

10. *Factus est sudor ejus, sicut guttae sanguinis decurrentis in terram.*

Tuvo un sudor como de gotas de sangre, que corría hasta el suelo.

11. *Domine, tecum paratus sum, et in carcerem, et in mortem ire.*

Señor, yo estoy pronto á seguiros en la prision, y aun á morir con Vos.

12. *Vigilate, et orate, ut non intretis in tentationem.*

Velad y orad, para no ser sorprendidos en la tentacion.

13. *Spiritus promptus est, caro autem infirma.*

El espíritu está pronto, y la carne está débil.

14. *Dormite jam, et requiescite, sufficit; venit hora.*

Dormid ya y reposad, basta; mi hora se acerca.

15. *Regnum meum non est de hoc mundo.*
Mi reino no es de este mundo.

16. *Tu es Christus Filius Dei benedicti.*
Vos sois Cristo hijo de Dios bendito.

17. *Jesus bajulans sibi crucem, exivit.*
Jesús cargando con la cruz, salió para el Galvario.

18. *Filiae Jerusalem, nolite flere super me, sed super vosmetipsas flete.*

Hijas de Jerusalem, no lloreis por mí, llorad más bien por vosotras mismas, y por vuestros hijos.

19. *Crucifixerunt eum, et latrones, unum a dextris, et alterum a sinistris.*

Le enclavaron en una cruz entre dos ladrones, colocados el uno á su derecha y el otro á su izquierda.

20. *Nos quidem digna factis recipimus: hic vero nihil mali fecit.*

Nosotros llevamos la pena debida á nuestros delitos; pero Jesús no ha hecho mal alguno.

21. *Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum.*

Señor, acordaos de mí luego que hubiereis entrado en vuestro reino.

22. *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradyso.*

De verdad te digo, que hoy estarás, conmigo en el paraíso.

23. *Prætereuntes blasphemabant, dicentes: Si Filius Dei est, descendat de cruce.*

Los que pasaban le llenaban de oprobios, diciendo: si es Hijo de Dios, que baje de la cruz.

24. *Dederunt ei bibere vinum mixtum cum felle.*

Le presentaron vino mezclado con hiel, para que bebiese.

25. *Pater, dimitte illis, nesciunt quid faciunt.*

Padre mio, perdonadlos; porque no saben lo que hacen.

26. *Stabat juxta crucem Jesu Mater ejus.*
La Madre de Jesús estaba cerca de la cruz.

27. *Mulier, ecce filius tuus: discipulo, ecce mater tua.*

Jesús, habiendo visto á su madre y al

discípulo que tanto amaba, dijo á su Madre: muger, ve ahí á tu hijo: despues dijo al discípulo: ve ahí á tu madre.

28. *Jesus exclamavit: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?*

Jesús clamó: Dios mio, Dios mio, ¿por qué me habeis desamparado?

29. *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.*

Padre mio, en vuestras manos entrego mi alma.

30. *Sitio: cum accepisset acetum, dixit: consummatum est.*

Tengo sed: habiendo bebido del vinagre que le presentaron, dijo: todo está consumado.

31. *Inclinato capite, tradidit spiritum.*

Inclinando la cabeza, murió.

32. *Centurio, et qui cum eo erant timuerunt valde, dicentes: vere Filius Dei erat iste.*

El Centurion y los que estaban con él quedaron aterrados, y dijeron: ciertamente este era el Hijo de Dios.

33. *Omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, et videbant quae fiebant revertebantur percutientes pectora sua.*

Todos los que se hallaron presentes al espectáculo, viendo lo que pasaba, se volvieron dándose golpes de pecho.

34. *Multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, et venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis.*

Los cuerpos de muchos santos, que murieran, resucitaron, vinieron á la santa ciudad y se aparecieron á muchos.

Variae exhortationes, quae fieri possunt morientibus secundum diversas eorum dispositiones.

**Exhortatio ad aegrotum, ut
aequanimiter ferat morbi
dolores.**

Es preciso confesar que os hallais en un triste y doloroso estado; pero por sensible que os sea, es necesario hacer los mayores esfuerzos para sufrir con paciencia su rigor, porque esta es la voluntad de Dios, y vuestras culpas exigen este saludable castigo: ni es demasiado largo el tiempo que Dios quiere que seais mortificado, sin embargo de que casi nunca dejasteis de ofen-

derlo. Ya que no procurásteis castigaros á vos mismo, porque habeis cuidado más de vuestro cuerpo que de vuestra alma, es muy justo que para vengar los ultrages que con vuestros pecados hicisteis al Señor, ejerza ahora Él alguna severidad sobre este cuerpo miserable, y que le haga sufrir á lo ménos parte de la pena que ha merecido.

¿No es mejor que vuestros pecados sean castigados en el tiempo, que en la eternidad? Es mucho más dulce caer en este mundo entre las manos de la misericordia, que ser entregado á la justicia de un Dios irri-
tado é inexorable. Estais en tiempo de mitigar su ira con la paciencia en vuestros males; pero los suplicios que se sufrirán en el infierno nunca se minorarán: entón-
ces será inflexible, y no os mirará con com-
pasion. Decidle, pues, con san Agustin:
Hic ure, hic seca, modo in aeternum parcas.

Exhortatio ad aegrotum, cui aliqua cautione proponenda est confessio, ne suspitione mortis proximae nimium contristetur.

Desde que estais enfermo, no habeis usa-

do sino de los remedios corporales; el Médico Soberano puede que haya suspendido sus efectos, porque no habeis recurrido á Él: sabeis que no tiene necesidad de socorros extraños para obrar vuestra curacion, sea corporal, sea espiritual, porque es la resurreccion y la vida; y que puede cuando quiere, sacarnos del sepulcro aunque estuviésemos ya medio podridos como otro Lázaro. Este milagro se renueva todos los dias por el sacramento de la Penitencia: recurrid á este remedio poderoso, si quereis sentir los efectos de la bondad de Dios: por este medio le empeñareis en que os recompense la confianza que habeis tenido en Él; y si no tiene por conveniente á vuestra salud hacer cesar vuestros males, á lo ménos hará que os sean más útiles y más meritorios para el cielo.

Alia exhortatio

Sabeis que está escrito en el capítulo 16 del libro de la Sabiduría, que los egipcios perecían por solo las mordeduras de los mosquitos y de las moscas, y que les eran inútiles todos cuantos remedios empleaban para salvar su vida, porque eran enemi-

gos de Dios y dignos de ser exterminados por medio de unos males que en su principio no parecían de consecuencia: *Digni erant ab hujusmodi exterminari.*

Los israelitas al contrario mordidos por serpientes y dragones llenos de veneno, si se ponían en estado de obedecer los preceptos del Señor, en la hora quedaban sanos: *Velociter salvabantur.* Los dientes de las serpientes y de los dragones no son, ni con mucho, tan mortíferos como el pecado, que hace perecer el cuerpo y el alma por una eternidad. Emplead contra este fatal origen de todos vuestros males el antídoto á que Dios ordena recurrir: en curando vuestra alma, Él bendecirá los remedios que se empleen para curar vuestro cuerpo.

Exhortatio

Ad aegrotos, qui daemonum astutia, vel medicorum pollicitationibus, propinquorum, vel amicorum blanditiis se decipi sinunt, et ea, quae ad animae salutem pertinent, opportune sibi procurare negligunt.

Os arriesgareis mucho, hermano mio, en el estado en que os hallais, si diferís más tiempo el confesaros, y si todo ocupado con

vuestra enfermedad olvidais vuestra salvacion, que debe ser infinitamente más amable que la salud y que la vida.

Regularmente los amigos y los médicos lisonjean los enfermos por no afligirlos: con estas detenciones el mal se aumenta, la razon y el juicio se debilitan, los amigos y los médicos se retiran, y se llama al Confesor cuando el enfermo está incapaz de pensar en cosa seria.

Es preciso no disimularos, que aunque vuestra enfermedad no sea de aquellas que no dejan esperanza de remedio, por eso no deja de tener mucho peligro. Todos los que se interesan en la salud de vuestra alma están sobresaltados, porque temen la sorpresa, y que esta os halle sin estar armado con los sacramentos: á mí me importa más que á otro alguno, porque soy vuestro pastor encargado de vuestra alma, por la cual debo responder en el tribunal de Jesucristo.

La confesion seguramente no agravará vuestra enfermedad; al contrario tranquilizará vuestro espíritu entre los justos temores, que puede causaros la memoria de los juicios de Dios contra los pecadores, y de las penas que están reservadas en el otro

mundo á los que mueren en la impenitencia.

Os voy á dejar solo por un rato, para que podais examinar vuestra conciencia, y prepararos para la confesion. Ya no saldré de vuestra casa sin que la tengais hecha: entonces percibireis el contento que ahora no hallais en mi firmeza; y cuando hayais acabado, gustareis de una alegría sensible en lo mismo que teneis tanta pena en comenzar.

Si aegrotus monitis sacerdotum, et amicorum adduci non potest ad sacramenta recipienda, non omnino res est desperanda, sed quandiu vivit variae, et frequentes aliorum piorum hominum adhortationes tentandae: proponenda aeternae salutis gaudia, et sempiternae mortis supplicia: ostendenda immensa Dei clementia ad poenitentiam provocantis, et ad ignoscendum paratissimi; adhibendae tum privatae, tum publicae ad Deum preces ad divinam gratiam impetrandam pro salute miseri decumbentis.

Exhortationes ad aegrotum in peccato obduratum.

Prima exhortatio

Todo el mundo está sorprendido, amigo

mio, al veros tan tranquilo en medio de los mayores peligros, y que estando amenazado de una muerte próxima, no pensais en fortaleceros con los sacramentos. Vuestros amigos no pueden mirar sin espanto cómo exponeis vuestra salud á una pérdida sin remedio. ¡Qué horror para vuestra familia si morís sin confesion y sin sacramentos! ¡Qué dolor para mí, que soy vuestro pastor, al ver que pudiendo haceros dichoso en el cielo, vos os empeñais en precipitaros en el infierno!

¿Qué es lo que os detiene, qué os espanta cuando se os propone la confesion?

Alguna otra vez decís: mañana, mañana; ¿pero sois vos el señor del tiempo, y de los momentos que están á la disposicion del Padre celestial? ¿Os ha revelado Dios el día ó la hora de vuestra muerte? Mirad que debeis temer la sorpresa, y no aguardar á que todo sea desesperado para vuestra vida.

Si diferís hasta la eternidad en pensar en vuestra salud, Dios no hará caso de los pasos forzados que deis hacia Él: no debeis presumir que os mire con ojos piadosos después de un olvido y una tardanza volunta-

ria. Ved que en este instante os llama, os estiende los brazos, y os ofrece el perdon de vuestros pecados: no quiere más que la confesion y arrepentimiento de vuestras faltas: á este precio os convida con su amistad. ¿Es esto mucho exigir? ¿es esto hacer os comprar muy caro el cielo, despues de haber merecido el infierno?

Secunda exhortatio

Amigo, ¿por qué caprichosamente os atreveis á despreciar la confesion, que yo os propongo, y que Dios exige de vos, como un medio necesario para vuestra salud? ¿Es acaso porque la mirais como un socorro inútil y débil para sacaros del abismo en que vuestros pecados os han precipitado? Pero vos no ignorais que no hay delito, por enorme que sea, que no pueda ser borrado por la Penitencia. ¿Por ventura os detiene la vergüenza? ¿Y podeis avergonzaros de confesaros pecador delante de Dios y de su Ministro, que es pecador como vos? ¿Aun quando tuvieseis alguna confusion, no sería mejor sufrirla con humildad, que exponeros á tener á todo el universo por testigo de los desórdenes más secretos de vuestra vida?

Nihil est opertum, quod non revelabitur et occultum, quod non scietur.

Si las consideraciones divinas y humanas no os hacen alguna impresion, ¿á quién imputareis vuestra perdicion, sino á vos mismo? *Perditio tua ex te.* Si haceis lo que os pido de parte de Dios, el último dia de vuestra vida os será un dia saludable; pero si persistís en rehusarlo, vuestro último momento será el principio de vuestra desesperacion eterna. *Intelligite haec, qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat, et non sit qui eripiat.*

El tiempo es corto: ya llegó la hora de despertar del letargo; si no lo haceis al tiempo de vuestra agonía, veréis á vuestra derecha todos vuestros delitos, los demonios á la izquierda, el infierno abierto debajo de vuestros piés, sobre vuestra cabeza el Justo Vengador de vuestros pecados, á las espaldas el mundo que os abandona, y al frente la muerte pronta para arrancaros de él. Si no os conmueve la vista de este espectáculo, es preciso que vuestro corazon esté más endurecido que el de Faraon, y que vuestra razon y vuestra fé se hayan enteramente extinguido.

Pero teneis religion, ya veo con singular

satisfaccion que quereis darnos pruebas de ello, participando de los sacramentos de la santa Iglesia: es preciso comenzar examinando vuestra conciencia para poneros en estado de hacer una buena confesion: la situacion en que os hallais no os permite una exactísima aplicacion, yo supliré vuestros defectos con mis preguntas: vuestro principal cuidado debe ser al presente humillarse delante de Dios, entregarse á los suspiros y á las lágrimas, á fin de atraer sobre vos el espíritu de compuncion. Yo voy á pedir á Dios por vos, mientras que haceis alguna reflexion sobre vos mismo: volveré dentro de poco para daros el consuelo que aguardais de mi ministerio.

Circa supradictas exhortationes observandum est quod notatum est, pag. 95 et 96.

Insuper Parochus aegrotos visitans, ea, quia Sacerdotum Domini decet, honestate, et gravitate se habebit, ut non aegris solum, sed sibi, et domesticis verbo, et exemplo prosit ad salutem. Et cum ad aegrotas mulieres accedet, numquam in cubiculo solus cum illis remanebit, nisi cum necesse fuerit ob sacramentum Poenitentiae ministrandum, et tunc aperto, et patenti ostio id praestabit.

FORMULA

præscripta à SS. Domino Benedicto Papa XIV. pro imper-tianda benedictione cum indulgentia plenaria his, qui in articulo mortis sunt constituti.

Indulgentia plenaria ab ipso Summo Pontifice concessa pro omnibus Christi fidelibus in ultimo agone constitutis, debet applicari ab Episcopo, vel à Sacerdote, Episcopi ad id facultatem habente.

Y. Adjutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit coelum et terram.

Ant. Ne reminiscaris, Domine, delicta famuli tui, (*vel ancillæ tuæ*) neque vindictam sumas de peccatis ejus.

Kyrie, eléison; Christe, eléison; Kyrie, eléison. Pater noster, etc.

Y. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos á malo.

Y. Salvum fac servum tuum (*vel ancillam tuam*). R. Deus meus, sperantem in te.

Y. Domine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oramus

Clementissime Deus, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem atque sperantem, secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius famulum tuum (*vel* famulam tuam) N., quem (*vel* quam) tibi vera fides, et spes christiana commendant. Visita eum (*vel* eam) in salutari tuo, et per Unigeniti tui passionem, et mortem omnium ei delictorum suorum remissionem, et veniam clementer indulge; ut ejus anima in hora exitus sui te judicem propitiatum inveniatur, et in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eundem Christum Dominum nostrum.

R). Amen.

Tunc dicto ab aliquo ex illis adstantibus Confiteor, etc. *Sacerdos dicat:* Misereatur etc. *deinde:*

Dominus noster Jesus Christus filius Dei vivi, qui beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam in baptismo recepisti; et ego facul-

tate] mihi ab Apostolica Sede tributa, indulgentiam plenariam, et remissionem omnium] peccatorum tibi concedo in nomine Patris, etc.

Per sacrosancta humanae reparationis mysteria remittat tibi omnipotens Deus omnes praesentis, et futurae vitae poenas, paradisi portas aperiatur, et ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat te omnipotens Deus, Pater ✠, et] Filius ✠, et Spiritus ✠ Sanctus. Amen.

Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendae, neque praemissarum precum recitandarum tempus suppetat, statim Sacerdos dicat: Dominus noster etc. ut supra.

Ordo commendationis animae ante decessum

Sacerdos ad decedentis animae commendationem accedens, Clericum saltem unum, si potest, secum habeat, qui deferat vasculum aquae benedictae, superpellicium et stolum violaceam, quibus ipse Sacerdos ante infirmi cubiculum indutus, locum ingrediens, dicat:

Y. Pax huic domui.

R). Et omnibus habitantibus in ea.

Deinde aspergat aegrotum, lectum, et circumstantes aqua benedicta, dicens: Asperges me, Domine, etc. Miserere mei, etc. Iterum: Asperges, etc.

Postea Crucifixa imaginem aegroti osculandam praebeat, et verbis efficacibus eum ad spem aeternae salutis erigat, ad quod uti poterit aliqua ex sequentibus, aut aliis similibus exhortationibus.

Si la hora que debe decidir de vuestra eternidad se acerca, no temais los enemigos de vuestra salud. La Cruz de Jesús, que os presento, los ahuyentará. *Ecce Crucem Domini: fugite partes adversae.*

ALIA. Mirad á JESÚS, que os grita de lo alto de esta Cruz: Hijo mio, (ó hija mia) no temas la muerte: ¿no ves que Yo la he vencido? Decid, pues, á su imitacion: ¡Oh Dios mio! En vuestras manos encomiendo mi espíritu.

In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.

ALIA. Volved los ojos á vuestro Salvador y decidle: ved aquí mi alma pronta á separarse del cuerpo, haced que vaya á

unirse con Vos, como deseo. *Cupio dissolvi, et esse cum Christo.*

ALIA. Confíad en la Cruz del Salvador, y decidle: Cruz adorable, vos sois mi escudo y mi amparo contra mis enemigos: venid, Padre amantísimo de mi alma, y recibidme así indigno como soy en el número de vuestros escogidos: Vos me hareis digno.

Aeterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari.

In nomine tuo salvum me fac.

Deinde accenso cereo benedicto flexis genibus, breves litanias devote recitet cum circumstantibus in hunc modum.

Kyrie, eléison.

Christe, eléison.

Kyrie, eléison.

Sancta MARIA.

{ Ora pro eo,
{ *(si sit mulier,*
{ Ora pro ea).

Omnes sancti Angeli, et Archangeli, orate.

Sancte Abel,

Omnis Chorus Justorum,

Sancte Abraham,

Sancte Joannes Baptista,

Sancte Joseph,

Omnes Scfi. Patriarchæ, et Prophetæ, orate.

Sancte Petre,

Sancte Paule,

Sancte Andrea,

Sancte Joannes,

{
{
{ ora.

{
{
{ ora.

Omnes Scti. Apostoli, et Evang. }
Omnes sancti Discipuli Domini, } orate.
Omnes sancti Innocentes, }
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Omnes Sancti Martyres, } orate.
Sancte Silvester, }
Sancte Gregori, } ora.
Sancte Augustine, }
Omnes Scti. Pontifices et Confessores, orate.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Francisce, ora.
Omnes Scti. Monachi, et Eremitae, } orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Lucia, ora.
Omnes sanctae Virgines, et Viduae, } orate.
Omnes sancti, et sanctae Dei, }
intercedite pro eo (vel ea).
Propitius esto, Parce ei, Domine.
Propitius esto, } Libera eum, Domine.
(Si sit mulier,
Libera eam, Domine).
Propitius esto,
Ab ira tua,
A periculo mortis,
A mala morte,
A poenis inferni,
Ab omni malo,
A potestate diaboli,
Per Nativitatem tuam,
Per Crucem et Passionem tuam,
Per Mortem, et Sepulturam tuam,
Per gloriosam Resurrectionem tuam,
Per admirabilem Ascensionem tuam,
Per gratiam Spiritus Sancti Paraclyti,
In die judicii, } libera eum (vel eam),
Domine.

Peccatores, te rogamus, audi nos.
Ut ei parcas, te rogamus.
Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléi-
son.

*Deinde cum in agone sui exitus anima
anxiatur, dicantur sequentes orationes.*

Oratio

Proficiscere, anima christiana, de hoc mundo in nomine Dei Patris Omnipotentis, qui te creavit: in nomine Jesu Christi Filii Dei vivi, qui pro te passus est: in nomine Spiritus Sancti, qui in te effusus est: in nomine Angelorum et Archangelorum: in nomine Thronorum et Dominationum: in nomine Principatum et Potestatum: in nomine Cherubim et Seraphim: in nomine Patriarcharum et Prophetarum: in nomine Sanctorum Apostolorum et Evangelistarum: in nomine sanctorum Martyrum et Confessorum: in nomine sanctorum Monachorum et Eremitarum: in nomine sanctarum Virginum, et omnium Sanctorum et Sanctarum Dei: hodie sit in pace locus tuus, et habitatio tua in sancta Sion. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio

Deus misericors, Deus clemens, Deus, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata poenitentium deles, et praetoriorum criminum culpas venia remissionis, evacuas: respice propitius super hunc famulum tuum, (*vel* hanc famulam tuam) N., et remissionem omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renova in eo, (*vel* in ea) piissime Pater, quidquid terrena fragilitate corruptum, vel quidquid diabolica fraude violatum est, et unitati corporis Ecclesiae membrum redemptionis annecte. Miserere, Domine, gemituum: miserere lachrymarum ejus; et non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad tuae sacramentum reconciliationis admitte: per Christum Dominum nostrum. R̄. Amen.

Commendo te omnipotenti Deo; charissime frater, (*vel* charissima soror), et ei, cujus es creatura, committo; ut cum humanitatis debitum morte interveniente persolveris, ad auctorem tuum, qui te de limo terrae formaverat, revertaris. Eredienti itaque animae tuae de corpore splendidus Angelorum coetus occurrat: iudex Apostolorum

tibi senatus adveniat: candidatorum tibi, Martyrum triumphator exercitus obviet: liliata rutilantium te Confessorum turma circumdet: jubilantium te Virginum Chorus excipiat: et beatæ quietis in sinu Patriarcharum te complexus astringat: mitis atque festivus Christi Jesu tibi aspectus appareat; qui te inter assistentes sibi jugiter interesse decernat. Ignoret omne, quod horret in tenebris, quod stridet in flammis quod cruiat in tormentis. Cedat tibi feterimus Satanas cum satellitibus suis: in adventu tuo te comitantibus Angelis contremiscat, atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus; et fugiant, qui oderunt eum, á facie ejus: sicut deficit fumus deficient: sicut fluit cera á facie ignis, sic pereant peccatores á facie Dei; et justi epulentur, et exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur; et erubescant omnes tartaræe legiones; et ministri Satanae iter tuum impedire non audeant. Liberet te a cruciatiu Christus, qui pro te crucifixus est. Liberet te ab æterna morte Christus, qui pro te mori dignatus est. Constituat te Christus Filius Dei vivi intra Paradisi sui semper amoena virentia, et inter oves suas te verus

ille Pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absolvat, atque ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas; et praesens semper assistens, manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem. Constitutus (*vel* constituta) igitur inter agmina beatorum, contemplationis divinae dulcedine potiaris in saecula saeculorum. R̄. Amen.

Oratio

Suscipe, Domine, servum tuum, (*vel* famulam tuam) in locum sperandae sibi salvationis a misericordia tua. R̄. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui (*vel* famulae tuae) ex omnibus periculis inferni, et de laqueis poenarum, et ex omnibus tribulationibus. R̄. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, (*vel* famulae tuae) sicut liberasti Henoch, et Eliam de communi morte mundi. R̄. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, (*vel* famulae tuae) sicut liberasti Noë de diluvio. R̄. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, (*vel* famulae tuae) sicut liberasti Abraham de Ur Chaldaeorum. R̄. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, (*vel* famulae tuae) sicut liberasti Job de passionibus suis. R̄). Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, (*vel* famulae tuae) sicut liberasti Isaac de hostia, et de manu patris sui Abrahae. R̄). Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, (*vel* famulae tuae) sicut liberasti Lot de Sodomis, et de flamma ignis. R̄). Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, (*vel* famulae tuae) sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis regis Ægyptiorum. R̄). Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, (*vel* famulae tuae) sicut liberasti Daniele de lacu leonum. R̄). Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, (*vel* famulae tuae) sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis, et de manu regis iniqui. R̄). Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, (*vel* famulae tuae) sicut liberasti Susannam de falso crimine. R̄). Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, (*vel* famulae tuae) sicut liberasti David de manu regis Saul, et de manu Goliae. R̄). Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, (*vel*

famulae tuae) sicut liberasti Petrum, et Paulum de carceribus. R). Amen.

Et sicut beatissimam Theclam virginem, et martyrem tuam de tribus atrocissimis tormentis liberasti, sic liberare digneris animam hujus servi tui, (*vel* famulae tuae) et tecum facias in bonis congaudere coelestibus. R). Amen.

Oratio

Commendamus tibi, Domine, animam famuli tui (*vel* famulae tuae) N. precamurque te, Domine Jesu Christe, Salvator mundi, ut propter quam ad terram misericorditer descendisti, Patriarcharum tuorum sinibus insinuare non renuas. Agnosce, Domine, creaturam tuam, non a diis alienis creatam, sed a te solo Deo vivo et vero: quia non est alius Deus praeter te, et non est secundum opera tua. Laetifica, Domine, animam ejus in conspectu tuo, et ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, et ebrietatum, quas suscitavit furor, sive fervor mali desiderii. Licet enim peccaverit, tamen Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum non negavit, sed credidit, et zelum Dei in se habuit, et Deum, qui fecit omnia, fideliter adoravit:

Oratio

Defecta juventutis, et ignorantias ejus, quaesumus, ne memineris, Domine; sed secundum magnam misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tuae. Aperiantur ei coeli, collaetentur illi Angeli. In regnum tuum, Domine, servum tuum (*vel* famulam tuam) suscipe. Suscipiat eum (*vel* eam) sanctus Michael Archangelus Dei, qui militiae coelestis meruit principatum. Veniant illi obviam sancti Angeli Dei, et perducant eum (*vel* eam) in civitatem coelestem Jerusalem. Suscipiat eum (*vel* eam) beatus Petrus Apostolus, cui a Deo claves regni coelestis traditae sunt. Adjuvet eum (*vel* eam) sanctus Paulus Apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo (*vel* ea) sanctus Joannes electus Dei Apostolus, cui revelata sunt secreta coelestia. Orent pro eo (*vel* ea) omnes sancti Apostoli, quibus a Domino data est potestas ligandi atque solvendi. Intercedant pro eo (*vel* ea) omnes Sancti et Electi Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc saeculo sustinuerunt; ut vinculis carnis exutus (*vel* exuta) pervenire mereatur ad gloriam regni coelestis, praestante Domino nostro Jesu Chri-

sto, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. R). A men.

Si vero diutius laborat anima, poterit legi hoc Evangelium sancti Joannis.

Joann. 17.

Sublevatis oculis in coelum JESUS dixit: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam aeternam. Haec est autem vita aeterna: Ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum. Ego te clarificavi super terram: opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam: et nunc clarifica me tu, Pater, apud te ipsum, claritate, quam habui prius quam mundus esset, apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, et mihi eos dedisti: et sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt quia omnia, quae dedisti mihi, abs te sunt: quia verba, quae dedisti mihi, dedi eis: et ipsi acceperunt, et cognoverunt vere quia a te exivi, et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt:

et mea omnia tua sunt, et tua mea sunt: et clarificatus sum in eis. Et jam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te venio. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut et nos. Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodi: et nemo ex eis perit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio: et haec loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum, et mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut et ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo. De mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum: ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi

eis: ut sint unum, sicut et nos unum sumus. Ego in eis, et tu in me: ut sint consummati in unum: et cognoscat mundus quia tu me misisti, et dilexisti eos, sicut et me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, et illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste, mundus te non cognovit: ego autem te cognovi: et hi cognoverunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, et notum faciam: ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis.

Oratio ad Dominum Jesum Christum de singulis articulis passionis ejus, dicenda a moriente, vel ab alio pro eo.

℣. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

℞. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Oratio

Deus, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, a Judaeis reprobari, a Juda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annae, Caiphae,

Pilati et Herodis indecenter offerri, a falsis
testibus accusari, flagellis et opprobriis ve-
xari, sputis conspui, spinis coronari, cóla-
phis caedi, arúndine percuti, facie velari,
vestibus exui, cruci clavis affigi, in cruce
levari, inter latrones deputari, felle et
aceto potari, et lancea vulnerari: Tu, Domi-
ne, per has sacratissimas poenas tuas, quas
ego indignus, (*vel indigna*) récolo, et per
sanctam crucem et mortem tuam libera me
(*vel si alius dicit pro eo, loco me dicatur*
famulum tuum *vel* famulam tuam N.) a poe-
nis inferni; et perducere digneris, quo per-
duxisti latronem tecum crucifixum. Qui cum
Patre, et Spiritu sancto vivis et regnas in
saecula saeculorum. Amen.

Dici praeterea possunt sequentes Psalmi

Psalm. 117.

Confitemini Domino quoniam bonus: *
quoniam in saeculum misericordia ejus.

Dicat nunc Israel quoniam bonus: * quo-
niam in saeculum misericordia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: * quoniam in
saeculum misericordia ejus.

Dicant nunc, qui timent Dom inum: * quo-
niam in saeculum misericordia ejus.

De tribulatione invocavi Dominum: * et exaudivit me in latitudine Dominus.

Dominus mihi adjutor: * non timebo quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adjutor: * et ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Domino, * quam confidere in homine.

Bonum est sperare in Domino, * quam sperare in principibus.

Omnes gentes circuierunt me: * et in nomine Domini quia ultus sum in eos.

Circumdantes circumdederunt me: * et in nomine Domini quia ultus sum in eos.

Circumdederunt me sicut apes, et exarserunt sicut ignis in spinis: * et in nomine Domini quia ultus sum in eos.

Impulsus eversus sum ut caderem: * et Dominus suscepit me.

Fortitudo mea, et laus mea Dominus: * et factus est mihi in salutem.

Vox exultationis et salutis * in tabernaculis justorum.

Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltavit me: * dextera Domini fecit virtutem.

Non moriar, sed vivam: * et narrabo opera Domini.

Castigans castigavit me Dominus: * et morti non tradidit me.

Aperite mihi portas justitiae, ingressus in eas confitebor Domino: * haec porta Domini, justi intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me: * et factus es mihi in salutem.

Lapidem, quem reprobaverunt aedificantes, * hic factus est in caput anguli.

A Domino factum est istud: * et est mirabile in oculis nostris.

Haec est dies, quam fecit Dominus: * exultemus, et laetemur in ea.

O Domine, salvum me fac; o Domine, bene prosperare: * benedictus, qui venit in nomine Domini.

Benediximus vobis de domo Domini: * Deus Dominus, et illuxit nobis.

Constituite diem solemnem in condensis, * usque ad cornu altaris.

Deus meus es tu, et confitebor tibi: * Deus meus es tu, et exaltabo te.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: * et factus es mihi in salutem.

Confitemini Domino, quoniam bonus: *

quoniam in saeculum misericordia ejus.

Gloria Patri, et Filio, etc.

Psalm. 118.

Beati immaculati in via, * qui ambulant
in lege Domini.

Beati, qui scrutantur testimonia ejus: * in
toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem, * in
viis ejus ambulaverunt.

Tu mandasti * mandata tua custodiri
nimis.

¡Utinam dirigantur viae meae, * ad custo-
diendas justificationes tuas!

Tunc non confundar, * cum perspexero
in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: * in
eo quod didici judicia justitiae tuae.

Justificationes tuas custodiam: * non me
derelinquas usquequaque.

In quo corrigit adolescentior viam suam? *
in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisivi te: * ne re-
pellas me á mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua: * ut
non peccem tibi.

Benedictus es, Domine: * doce me justifi-
cationes tuas.

In labiis meis * pronuntiavi omnia iudicia oris tui.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum, * sicut in omnibus divitiis.

In mandatis tuis exercebor, * et considerabo vias tuas.

In justificationibus tuis meditabor: * non obliviscar sermones tuos.

Gloria Patri, etc.

Retribue servo tuo, vivifica me: * et custodiam sermones tuos.

Revela oculos meos: * et considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: * non abscondas a me mandata tua.

Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas, * in omni tempore.

Increpasti superbos: * maledicti, qui declinant a mandatis tuis.

Aufer a me opprobrium et contemptum: * quia testimonia tua exquisivi.

Etenim sederunt principes, et adversum me loquebantur: * servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.

Nam et testimonia tua meditatio mea est: * et consilium meum justificationes tuae.

Adhaesit pavimento anima mea: * vivifica me secundum verbum tuum.

Vias meas enuntiavi, et exaudisti me: * doce me justificationes tuas.

Viam justificationum tuarum instrue me: * et exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea prae taedio: * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove a me: * et de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elegi: * judicia tua non sum oblitus.

Adhaesi testimoniis tuis, Domine: * noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri, * cum dilatasti cor meum.

Gloria Patri, etc.

*Tres piae et utiles morientibus orationes,
cum tribus Pater noster et tribus Ave Maria
in agone mortis recitandae*

Primo dicitur: Kyrie, eléison; Christe, eléison; Kyrie, eléison. Pater noster. Ave, Maria.

Oratio

Domine Jesu Christe, per tuam sanctissimam agoniam, et orationem, qua orasti pro

nobis in monte Oliveti, quando factus est sudor tuus sicut guttae sanguinis decurrentis in terram, obsecro te, ut multitudinem sudoris tui sanguinei, quem prae timoris angustia copiosissime pro nobis effudisti, offerre et ostendere digneris Deo Patri omnipotenti contra multitudinem omnium peccatorum hujus famuli tui (*vel* famulae tuae) N., et libera eum (*vel* eam) in hac hora mortis suae ab omnibus poenis et angustiis, quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis, et regnas Deus in saecula saeculorum. Ky. Amen.

Secundo dicitur: Kyrie, eléison; Christe, eléison; Kyrie, eléison. Pater noster. Ave, Maria.

Oratio

Domine Jesu Christe, qui pro nobis mori dignatus es in cruce, obsecro te, ut omnes amaritudines passionum, et poenarum tuarum, quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in cruce, maxime in illa hora, quando sanctissima anima tua egressa est de sanctissimo corpore tuo, offerre et ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima hujus famuli tui (*vel* famulae tuae) N., et

libera eum (*vel eam*) in hac hora mortis ab omnibus poenis et passionibus, quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis, et regnas Deus in saecula saeculorum. Ky. Amen.

Tertio dicitur: Kyrie, eléison; Christe, eléison; Kyrie, eléison. Pater noster. Ave, Maria.

Oratio

Domine Jesu Christe, qui per os Prophetæ dixisti: in charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans: obsecro te, ut eandem charitatem tuam, quæ te de coelis in terram ad tolerandas omnium passionum tuarum amaritudines attraxit, offerre et ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima hujus famuli tui (*vel famulae tuæ*) N., et libera eum (*vel eam*) ab omnibus passionibus et poenis, quas pro peccatis suis timet se meruisse; et salva animam ejus in hac hora exitus sui. Aperi ei januam vitæ, et fac eum (*vel eam*) gaudere cum Sanctis tuis in gloria æterna. Et tu, piissime Domine Jesu Christe, qui redemisti nos pretiosissimo sanguine tuo, miserere animæ hujus famuli tui, (*vel famulae tuæ*) et eam intro-

ducere digneris ad semper virentia et amoena loca paradisi, ut vivat tibi amore indivisibili, qui a te, et ab electis tuis nunquam separari potest. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. R). Amen.

In expiratione

Cum vero tempus expirandi institerit, tunc maxime ab omnibus circumstantibus flexis genibus vehementer orationi instandum est. Ipse vero moriens, si potest, dicat; vel si non potest, assistens, sive Sacerdos pro eo clara voce pronuntiet JESU, JESU, JESU. Quod et ea, quae sequuntur, ad illius aures, si videbitur, etiam saepius repetat
In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. Domine Jesu Christe, suscipe spiritum meum. Sancta Maria, ora pro me. Maria Mater gratiae, Mater misericordiae, tu me ab hoste protege, et hora mortis suscipe.

Ordo commendationis animae post decessum

Egressa anima de corpore, statim dicatur:

Subvenite, Sancti Dei; occurrite, Angeli

Domini, * Suscipientes animam ejus, * Offerentes eam in conspectu Altissimi.

Y. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, et in sinum Abrahae Angeli deducant te.

R). Suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi.

Y. Requiem aeternam dona ei, Domine, et lux perpetua luceat ei. R). Offerentes eam in conspectu Altissimi.

Kyrie, eléison; Christe, eléison; Kyrie, eléison. Pater noster.

Y. Et ne nos inducas in tentationem. R). Sed libera nos a malo.

Y. Requiem aeternam dona ei, Domine. R). Et lux perpetua luceat ei.

Y. A porta inferi. R). Erue, Domine, animam ejus.

Y. Requiescat in pace. R). Amen.

Y. Domine, exaudi orationem meam. R). Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum. R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Tibi, Domine, commendamus animam famuli tui (*vel* famulae tuae) N., ut defunctus (*vel* defuncta) saeculo tibi vivat; et quae per fragilitatem humanae conversa-

tionis peccata commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Postea Parochus ad decedentis animae commendationem vocatus, hortetur (si id expedire judicaverit) brevi sermone parentes defuncti, aliosque adstantes hoc, vel alio simili modo.

Exhortacion á los parientes del difunto, y á los que se hallaren presentes á su muerte

Este punto fatal de la muerte, señores míos, es el que todo lo traga: nacimiento, riquezas, padres y amigos, todo se le escapa en este momento al que sale de este mundo. ¿De qué le servirá ahora á N., que acaba de espirar á nuestra vista, haber reunido en su persona todo lo que el mundo tiene de brillante y lisonjero, si no llevara consigo las obras meritorias de su salud? Su cuerpo no tiene mas necesidad que de la sepultura, y está tan insensible á todo el honor que podemos darle, como á nuestras lágrimas y á nuestro sentimiento. Su alma, que acaba de ser presentada delante de Dios, es la que solo pide nuestros socorros: pidamos y ha-

gamos pedir por ella, para que goce sin tardanza el descanso eterno: aprovechémonos de este ejemplo; y preparémonos á este tránsito decisivo para la eternidad: nosotros, nos acercamos, y llegaremos á nuestro fin, cuando menos lo aguardemos: tomemos pues el partido de arreglar nuestros negocios, nuestras costumbres y nuestra vida, de desprendernos de las cosas de este mundo. y apliquémonos á agradar al Juez Soberano que tiene en sus manos nuestro destino. *Ideo et vos stote parati, quia qua nescitis hora filius hominis venturus est.* Matth. 24.

De cura corporis defuncti

Dictis animae commendationibus, post decessum monebit Sacerdos, ut corpus defuncti de more honeste componatur, et loco decenti cum lumine et aqua benedicta collocetur, ac parva crux super pectus inter manus defuncti ponatur, aut ubi crux deerit, manus in modum crucis componantur, et interdum aspergatur aqua benedicta.

Interim donec deferatur, qui adsunt, sive Sacerdotes, sive alii orabunt pro defuncto, qui studebunt ita se gerere, ut sint animae ejus subsidio, vivis solatio, et exemplo.

De exequiis auctororum.—Ordo sepulturae

Constituto tempore, quo corpus ad Ecclesiam vel sepulcrum aut alium locum deferendum est, convocetur Clerus, et alii, qui funeri interesse debent, et in parochialem, vel in aliam ecclesiam, juxta loci consuetudinem, ordine convenient; ac datis certis campanae signis eo modo et ritu, quo in eo loco fieri solet, Parochus indutus superpelliceo et stola nigra, vel etiam pluviiali ejusdem coloris, clerico praeferente crucem, et alio vas aquae benedictae, nisi jam delatum fuerit, ad domum defuncti, una cum aliis procedit. Distribuuntur cerei, et accenduntur intortitia. Mox ordinatur processio, praecedentibus laicorum Confraternitatibus, si adsint; tum sequitur clerus regularis, et saecularis per ordinem, binique procedunt, praelata cruce, devote Responsoria juxta hujus Archiepiscopatus morem, ut infra decantantes, Parocho praecedente feretrum cum luminibus. Inde sequuntur alii funus comitantes, et pro defuncto Deum rite deprecantes sub silentio. In hac Archidioecesi haec servantur. Parochus antequam cadaver efferratur illud aspergit aqua benedicta, antea

cantante clero Resp. subsequens, cantore incipiente, et aliis alternatim respondentibus, videlicet:

Subvenite, Sancti Dei; etc. *ut supra in commendatione animae post decessum, pagina 144.*

Deinde cadaver effertur, Parochusque de domo procedens, cum aliis clericis intonat Antiphonam Exultabunt Domino... et cantores incohant Psalmum Miserere... (pág. 80) clero alternatim prosequente; ac si longitudo itineris postulaverit, dicantur alii Psalmi ex officio mortuorum; et in fine cujusque Psalmi dicitur Requiem aeternam dona ei, Domine... Qui Psalmi devote, distincte, gravique voce recitari debent usque ad ecclesiam. Ad ingressum ecclesiae repetitur Antiph. Exultabunt Domino ossa humiliata.

Potest etiam ex consuetudine cantari in itinere unum ex Responsoriis, quae in nocturnis defunctorum habentur, quo finito aliud incipiat, prout haeredes, aut consanguinei defuncti petierint. Deinde ecclesiam ingressi, finito Responsorio in itinere incepto, prosequuntur.

Kyrie, eléison; Christe, eléison; Kyrie, eléison. Pater noster.

Y. Et ne nos inducas in tentationem.
R). Sed libera nos a malo.

Y. A porta inferi. R). Erue, Domine,
animam ejus.

Y. Requiescat in pace. R). Amen.

Y. Domine, exaudi orationem meam.

R). Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum. R). Et cum spi-
ritu tuo.

Cremus

Absolve, quaesumus, Domine, animam famuli tui (*vel* famulae tuae) ab omni vinculo delictorum; ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, et Electos tuos resuscitatus (*vel* resuscitata) respiret. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Deposito feretro in medio ecclesiae, ita ut defuncti pedes, si fuerit laicus, sint versus altare majus; si vero fuerit Sacerdos, caput sit versus ipsum altare, cereis accensis circa corpus, vel castrum doloris, seu tumulum, aut pannum nigrum extentum ante gradus altaris, (juxta Caer. Epp.) statim, nisi quid impediatur, dicatur vigilia. In die depositionis, et tertio, septimo, trigesimo et anniversario duplicantur Antiphonae, et in fine Psalmorum dicitur Requiem ae-

ternam dona eis, Domine; et lux perpetua
luceat eis, *etiamsi pro uno tantum fiat of-
ficium.*

Invitatorium

Duo ex clero incipiunt:

Regem, cui omnia vivunt, * Venite, ado-
remus. *Et repetitur a clero:* Regem, cui
omnia vivunt.....

Psalm. 94.

Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo
salutari nostro: praeoccupemus faciem ejus
in confessione, et in psalmis jubilemus ei.

Regem, cui omnia vivunt..

Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex
magnus super omnes deos; quoniam non re-
pellet Dominus plebem suam; quia in manu
ejus sunt omnes fines terrae, et altitudines
montium ipse conspicit.

Venite, adoremus.

Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit
illud, et aridam fundaverunt manus ejus;
Venite, adoremus, et procidamus ante Deum;
ploremus coram Domino, qui fecit nos: quia
ipse est Dominus Deus noster, nos autem
populus ejus, et oves pascuae ejus.

Regem, cui...

Hodie, si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione, secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt, et viderunt opera mea.

Venite, etc.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi; semper hi errant corde: psi vero non cognoverunt vias meas: quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Regem, cui...

Requiem aeternam dona eis, Domine; * et lux perpetua luceat eis.

Venite, adoremus.

Regem, cui omnia vivunt.

Venite, adoremus.

Añã. Dirige, Domine, Deus meus, in conspectu tuo viam meam.

Psalm. 5.

Verba mea auribus percipe, Domine; * intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meae, * Rex meus et Deus meus.

Quoniam ad te orabo: * Domine, mane exaudies vocem meam.

Mane adstabo tibi, et videbo; * quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus: * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum, et dolosum abominabitur Dominus: * ego autem in multitudine misericordiae tuae.

Introibo in domum tuam: * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine, deduc me in justitia tua: * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: * cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum; linguis suis dolose agebant: * judica illos, Deus.

Decidant a cogitationibus suis; secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos; * quoniam irritaverunt te, Domine.

Et laetentur omnes, qui sperant in te: * in aeternum exultabunt, et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt

nomen tuum: * quoniam tu benedices
justo.

Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae *
coronasti nos.

Requiem aeternam * dona eis, Domine.

Et lux perpetua * luceat eis.

Añã. Dirige, Domine, Deus meus, in
conspectu tuo viam meam.

Añã. Convertere, Domine, et eripe ani-
mam meam; quoniam non est in morte, qui
memor sit tui.

Psalm. 6.

Domine, ne in furore tuo (pag. 75). *in fi-
ne, loco Gloria... dicitur: Requiem aeter-
nam... et postea repet. Añã.: Convertere,
Domine...*

Añã. Ne quando rapiat ut leo animam
meam, dum non est qui redimat, neque qui
salvum faciat.

Psalm. 7.

Domine, Deus meus in te speravi: * sal-
vum me fac ex omnibus persequentibus me,
et libera me.

Ne quando rapiat ut leo animam meam, *
dum non est, qui redimat. neque qui sal-
vum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud; * si est iniquitas in manibus meis:

Si reddidi retribuentibus mihi mala, * decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam, et comprehendat, et conculcet in terra vitam meam; * et gloriam meam in pulverem deducat.

Exurge, Domine, in ira tua, * et exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge, Domine Deus meus, in praecepto, quod mandasti: * et synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: * Dominus judicat populos.

Judica me, Domine, secundum justitiam meam, * et secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, et diriges justum, * scrutans corda et renes Deus.

Justum adjutorium meum a Domino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis, et patiens: * numquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibravit: * arcum suum tetendit, et paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis, * sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturiit injustitiam: * concepit dolorem, et peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, et effodit eum: * et incidit in foveam, quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus; * et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.

Confitebor Domino secundum justitiam ejus, * et psallam nomini Domini altissimi.

Requiem aeternam * dona eis, Domine.

Et lux perpetua * luceat eis.

Añna. Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est, qui redimat, neque qui salvum faciat.

Y. A porta inferi. *Rj.* Erue, Domine, animas eorum.

Pater noster etc. secreto.

Lect. 1. Job, 7. Y. 16

Parce mihi, Domine; nihil enim sunt dies mei. ¿Quid est homo, quia magnificas eum? ¿aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, et subito probas illum. ¿Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? Peccavi; ¿quid

faciam tibi, o custos hominum? ¶ Quare possuisti me contrarium tibi, et factus sum mihi metipsi gravis? ¶ Cur non tollis peccatum meum, et quare non auferis iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam; et si mane me quaesieris, non subsistam.

R). Credo quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum; * Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum:

Y). Quem visurus sum ego ipse, et non alius, et oculi mei conspecturi sunt. * Et in carne...

Lect. 2. Job, cap. 10. Y. 1.

Taedet animam meam vitae meae: dimittam adversum me eloquium meum: loquar in amaritudine animae meae. Dicam Deo: Noli me condemnare: indica mihi, cur me ita iudices. ¶ Numquid bonum tibi videtur, si calumniaris me, et opprimas me opus manuum tuarum, et consilium impiorum adjuves? ¶ Numquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, et tu videbis? ¶ Numquid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora, ut quaeras iniquitatem meam, et peccatum meum

scruteris? Et scias, quia nihil impium fecerim, cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere.

R). Qui Lazarum resuscitasti a monumento foetidum: * Tu eis, Domine, dona requiem, et locum indulgentiae.

Y. Qui venturus es iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. * Tu eis, Domine, etc.

Circa finem hujus resp. Sacerdos cum Ministris surgit, et in medio, Acolytis cum candelabris, si adsint, eum comitantibus, cantat Lectionem sequentem:

Lect. 3. Job, cap. 10. Y. 8.

Manus tuae fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu: et sic repente praecipitas me? Memento, quaeso, quod sicut lutum feceris me, et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus vestisti me: ossibus et nervis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.

R). Domine, quando veneris iudicare terram, ubi me abscondam a vultu irae tuae? * Quia peccavi nimis in vita mea.

Y. Commissa mea pavesco, et ante te erubesco: dum veneris judicare, noli me condemnare. * Quia peccavi, etc.

Y. Requiem aeternam dona eis, Domine; et lux perpetua luceat eis. * Quia...

Finitis his, immediate cantetur Missa, ut in die depositionis in Missali Romano; ad quod accedit ad Altare, ubi deposito Pluviali, omnes assumunt Manipulos, simulque Sacerdos induit Planetam, incipitque Missam.

Missa defunctorum in die obitus (1)

Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis.

Psalm. Te decet hymnus, Deus, in Sion; et tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet. Requiem aeternam dona, etc.

Kyrie, eléison, Christe, eléison, Kyrie, eléison.

Ad orationem omnes genuflectuntur.

OREMUS (*ut in missali*).

Per Dominum nostrum Jesum Christum etc. R. Amen.

(1) Vide circa finem hujus libri in Rubricis brevibus dies, in quibus defunctorum Missae permittuntur.

GRADUALE

Requiem aeternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis Ψ . In memoria aeterna erit justus: ab auditione mala non timebit.

Tractus. Absolve, Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. Ψ . Et gratia tua illis succurrenti, mereantur evadere iudicium ultionis. Ψ . Et lucis aeternae beatitudine perfrui.

SEQUENTIA (1).

Dies irae, dies illa,
Solvat saeculum in favilla,
Teste. David cum Sybilla.

Quantus tremor est futurus,
Quando Judex est venturus,
Cuncta stricte discussurus!

Tuba mirum spargens sonum
Per sepulcra regionum,
Coget omnes ante thronum.

Mors stupebit, et natura,
Cum resurget creatura,
Judicanti responsura.

(1) A. S. C. saepius decisum est, ne Sequentia nisi hoc loco et tempore canatur.

Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus judicetur.

Judex ergo cum sedebit,
Quidquid latet apparebit:
Nil inultum remanebit.

¿Quid sum miser tunc dicturus?
¿Quem patronum rogaturus?
Cum vix justus sit securus.

Rex tremendae majestatis,
Qui salvandos salvas gratis,
Salva me, fons pietatis.

Recordare, JESU pie,
Quod sum causa tuae viae;
Ne me perdas illa die.

Quaerens me, sedisti lassus;
Redemisti, Crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.

Juste Judex ultionis,
Donum fac remissionis
Ante diem rationis.

Ingemisco tanquam reus:
Culpa habet vultus meus:
Supplici parce, Deus.

Qui Mariam absolvisti,
Et latronem exaudisti,

Mihi quoque spem dedisti.

Preces meae non sunt dignae;
Sed tu bonus fac benigne,
Ne perenni cremer igne.

Inter oves locum praesta,
Et ab hoedis me sequestra,
Statuens in parte dextra.

Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis,
Voca me cum benedictis:

Oro supplex et acclinis,
Cor contritum quasi cinis;
Gere curam mei finis.

Lacrymosa dies illa,
Qua resurget ex favilla
Judicandus homo reus:

Huic ergo parce, Deus:
Pie JESU Domine,
Dona eis requiem. Amen.

OFFERTORIUM

Domine Jesu Christe, Rex gloriae, libera
animas omnium fidelium defunctorum de
poenis inferni, et de profundo lacu: libera
eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus,
ne cadant in obscurum: sed signifer San-

ctus Michael repraesentet eas in lucem sanctam, * Quam olim Abrahae promisisti et semini ejus. *Y.* Hostias et preces tibi, Domine, laudis offerimus; tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas, Domine, de morte transire ad vitam. Quam olim etc...

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sábaoth.

Pleni sunt coeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis.

Benedictus, qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

Per omnia etc. *Rj.* Amen.

Oremus. Praeceptis salutaribus moniti, etc. Et ne nos inducas in tentationem. *Rj.* Sed libera nos a malo.

Per omnia etc. *Rj.* Amen.

Pax Domini sit semper vobiscum. *Rj.* Et cum spiritu tuo.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem sempiternam.

COMMUNIO

Lux aeterna luceat eis, Domine, * Cum sanctis tuis in aeternum; quia pius es. *Ÿ*. Requiem aeternam dona eis, Domine; et lux perpetua luceat eis. * Cum sanctis etc...

Finita missa, facta reverentia, deposita casula et manipulis, Celebrans accipit pluriale nigri coloris; et Subdiaconus, accepta cruce, accedit ad feretrum, et se sistit ad caput defuncti cum cruce medius inter duos acolytos, seu ceroferarios cum candelabris, et candelis accensis: et omnes de Clero veniunt ordinatim in gradu suo detecto capite, excepto Celebrante, candelis accensis, et stant in circuitu feretri: tum sequitur Sacerdos cum Diacono ei assistente, aliisque ministris, et facta reverentia Altari, sistit se contra crucem ad pedes defuncti, retro adstantibus ei a sinistris duobus acolytis, uno cum thuribulo, et navicula incensi, altero cum vase aquae benedictae et aspersorio. Omnibus sic constitutis, Celebrans caput detegit sub tota absolute.

Si autem ob aliquam rationabilem causam non celebretur Missa, cantata tertia lectione, nulla mora interposita, cantatur a Choro Respons., Domine, quando veneris

etc. ut supra, pag. 158, sine Kýrie. In utroque casu Celebrans, clerico tenente librum, Respons. finito, absolute dicit, (sine Oremus) junctis manibus sequentem orationem:

Non intres in iudicium cum servo tuo, Domine, quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quaesumus, tua judicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei christianae commendat; sed gratia tua illi succurrente, mereatur evadere iudicium ultionis, qui dum viveret, insignitus est signaculo sanctae Trinitatis. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R̄. Amen.

Deinde cantatur a Choro sequens Responsorium:

R̄. Libera me, Domine, de morte aeterna in die illa tremenda, * Quando coeli movendi sunt et terra: * Dum veneris iudicare saeculum per ignem. Y. Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. * Quando coeli etc.

Y. Dies illa, dies irae, calamitatis et miseriae, dies magna, et amara valde. * Dum veneris iudicare etc.

Y. Requiem aeternam dona ei, Domine;

et lux perpetua luceat ei. R). Libera me, Domine, de morte aeterna in die illa tremenda, quando coeli movendi sunt et terra: dum veneris judicare saeculum per ignem.

Kyrie, eléison; Christe eléison; Kyrie, eléison.

Dum repetitur praedictum Resp. Sacerdos, acolyto, seu Diacono ministrante, accipit incensum de navicula, et ponit in thuribulo, praecedente benedictione: Benedicite, Pater, etc. et ab illo benedicaris, etc. sine osculis. Mox Sacerdos dicit alta voce: Pater noster, etc. et secreto dicitur ab omnibus; et ipse interim accipit a Diacono, vel Acolyto aspersorium aquae benedictae, et facta Altari reverentia, Diacono, seu ministro genuflectente, et fimbrias pluvialis sublevante, circumiens feretrum (si sit Sacramentum, genuflectit), super sinistram procedens, aspergit ter corpus defuncti in pede, in medio corporis, et in capite; cum transit ante Crucem profunde se inclinat; Diaconus vero unico genuflectit: ter iterum in altero latere aspergit; in capite, in medio, et in pede: deinde reversus ad locum suum, Diacono ministrante, accipit thuribulum, et eodem modo circuit feretrum, et corpus incensat, ut asperserat: postea reddito thu-

ribulo ei, a quo acceperat, stans in loco suo, reverentia Altari facta, versa facie ad Crucem, Acolyto, Diacono, seu alio ministro tenente librum apertum ante se, junctis manibus dicit:

Y. Et ne nos inducas in tentationem.
R). Sed libera nos a malo.

Y. A porta inferi. R). Erue, Domine, animam ejus.

Y. Requiescat in pace. R). Amen.

Y. Domine, exaudi orationem meam.
R). Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum. R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui (*vel* famulae tuae) N., quam hodie de hoc saeculo migrare jussisti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem; sed jubeas eam a sanctis Angelis suscipi, et ad patriam Paradisi perducii; ut quia in te speravit et credidit, non poenas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, in oratione

dicitur: pro anima famuli tui, N., Sacerdotis, etc.

Finita oratione, corpus defertur ad sepulchrum, si tum deferendum sit; et dum portatur, Clerici cantant Antiphonam:

In Paradisum deducant te Angeli: in tuo adventu suscipiant te Martyres, et perducant te in civitatem sanctam Jerusalem. Chorus Angelorum te suscipiat, et cum Lazaro quondam paupere aeternam habeas requiem.

Cum autem pervenerit ad sepulchrum, si non est benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens orationem:

Oramus

Deus, cujus miseratione animae fidelium requiescunt, hunc tumulum benedicere dignare, eique Angelum tuum sanctum deputa custodem; et quorum, quarumque corpora hic sepeliuntur, animas eorum ab omnibus absolve vinculis delictorum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine laentur. Per Christum Dominum nostrum.
R). Amen.

Dicta oratione, Sacerdos aqua benedicta aspergat, deinde incenset in modum crucis corpus defuncti, et tumulum.

Quod si corpus tunc ad sepulturam non deferatur, omisso Responsorio, In Paradisum, etc. et benedictione sepulchri, si jam est benedictum, prosequatur officium, ut infra, quod nunquam omittitur, et intonet Antiphonam:

Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in aeternum.

Et dicitur canticum alternantibus duobus choris:

Benedictus Dominus Deus Israel, * quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae:

Et erexit cornu salutis nobis * in domo David, pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, * qui a saeculo sunt, prophetarum ejus:

Salutem ex inimicis nostris, * et de manu omnium, qui oderunt nos:

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, * et memorari testamenti sui sancti;

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis:

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi.

In sanctitate, et justitia coram ipso, *
omnibus diebus nostris.

Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis: *
praeibis enim ante faciem Domini parare
vias ejus;

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, *
in remissionem peccatorum eorum;

Per viscera misericordiae Dei nostri, * in
quibus visitavit nos Oriens ex alto;

Illuminare his, qui in tenebris, et in
umbra mortis sedent, * ad dirigendos pedes
nostros in viam pacis.

Requiem aeternam etc.

Et lux perpetua etc.

Añã. Ego sum resurrectio, et vita: qui
credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet:
et omnis qui vivit, et credit in me, non
moriatur in aeternum.

Postea Sacerdos dicit: Kyrie, eléison; Chri-
ste eléison; Kyrie, eléison. Pater noster.....

*Quod, dum secreto prosequitur, Sacerdos
interim corpus aspergit, et eo finito, dicit:*

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.
Rj. Sed libera nos a malo.

Ÿ. A porta inferi. Rj. Erue, Domine, ani-
mam ejus.

Ÿ. Requiescat in pace. Rj. Amen.

Y. Domine, exaudi orationem meam.
R). Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum. R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Fac, quaesumus, Domine, hanc cum servo tuo defuncto (*vel* famula tua defuncta) misericordiam, ut factorum suorum in poenis non recipiat vicem, qui (*vel* quae) tuam in votis tenuit voluntatem, ut sicut hic eum (*vel* eam) vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eum (*vel* eam) tua miseratio societ angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Y. Requiem aeternam dona ei, Domine.
R). Et lux perpetua luceat ei.

Y. Requiescat in pace. R). Amen.

Y. Anima ejus, et animae omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. R). Amen.

Postremo cantatur sequens Respons.

Memento mei, Deus, quia ventus est vita mea; * Nec aspiciat me visus hominis. Y. De profundis clamavi ad te, Domine; Domine, exaudi vocem meam. * Nec aspiciat me etc.

Kyrie, eléison, etc. Pater noster, etc.

Y. Et ne nos inducas, etc.

Oremus

Absolve, quaesumus, Domine, animam famuli tui (*vel* famulae tuae) N., ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, et Electos tuos resuscitatus (*vel* resuscitata) respiret. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Y. Requiem aeternam dona ei, Domine. R). Et lux perpetua luceat ei.

Postea Cantores:

Y. Requiescat in pace. R). Amen.

Cum a sepultura ad Ecclesiam, vel Sacristiam redeant, dicitur sine cantu Aña. Si iniquitates et Ps. De profundis, aut etiamsi non revertantur, mos est praedictum Responsorium, vel aliud de Officio Defunctorum canere; deinde Sacerdos dicit: Pater noster.

Y. Et ne nos inducas etc. R). Sed libera nos etc.

Y. A porta inferi R). Erue, Domine, animas eorum.

Y. Requiescant in pace. R). Amen.

Y. Domine, exaudi etc. R). Et clamor etc.

Y. Dominus vobiscum. R). Et cum spiritu tuo.

Oremus

Fidelium Deus omnium Conditor, et Re-

demptor, animabus famulorum famularum-
que tuarum remissionem cunctorum tribue
peccatorum; ut indulgentiam, quam semper
optaverunt, piis supplicationibus consequan-
tur. Qui vivis et regnas in saecula sae-
culorum. R). Amen.

Y. Requiem aeternam dona eis, Domine.
R). Et lux perpetua luceat eis.

Y. Requiescant in pace. R). Amen.

De exequiis Sacerdotum

*Si defunctus fuit Sacerdos, deposito fe-
retro in medio Ecclesiae, ita ut caput sit
versus ipsum Altare, inter quod et corpus
cruce collocari debet, omnia observantur, quae
pro laicis dicta sunt, usque ad Orationem
Non intres in iudicium etc. inclusive. Sub-
diaconus sistit inter feretrum et Altare cum
cruce; Sacerdos cum Diacono vadit per latus
Evangelii ad pedes defuncti; finita Oratione
Non intres, etc. cantatur a Choro Respons.
Subvenite, Sancti Dei, etc. ut supra, pag. 144.
Ad Pater noster, aspergit et incensat corpus
eo modo quo supra notatum fuit, quod re-
petitur in duobus Respons. sequentibus,
scilicet:*

Ne recorderis peccata mea, Domine, *

Dum véneris judicare saeculum per ignem.

Ÿ. Dirige, Domine Deus meus, in conspectu tuo viam meam. * Dum veneris etc.

Ÿ. Requiem aeternam etc. et lux perpetua etc. * Dum veneris etc. Kyrie, eléison, etc.

Et Libera me, Domine, de morte etc. pagina 165, quae R). etiam a Choro successive cantari debent.

Pro singulis haec dicantur orationes: pro primo Respons.

Oramus

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui N. Sacerdotis, quam hodie de hoc saeculo migrare jussisti, ut non tradas eam in manus inimici, nec obliviscaris in finem; sed jubeas eam a sanctis Angelis suscipi, et ad Patriam Paradisi perduci: ut quia in te speravit et credidit, non poenas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Immediate cantatur secundum Respons. Ne recorderis, etc. pro quo haec dicitur oratio.

Oramus

Deus, qui inter apostolicos Sacerdotes

famulum tuum N. sacerdotali fecisti dignitate vigere: praesta, quaesumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Et proceditur ad tertium Respons. Libera me, Domine, etc. quo finito, haec cantatur oratio.

Oremus

Absolve, quaesumus, Domine, animam, famuli tui N. Sacerdotis, ut defunctus saeculo tibi vivat; et quae per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Finitis Responsoriis et orationibus, corpus defertur ad sepulchrum, et Clerici cantant Añam. In Paradisum, et reliqua omnia usque in finem officii sepulturae, et recessum de sepultura ad ecclesiam, ut supra.

De exequiis adulterum absente corpore defuncti

Absente corpore et in die tertio, septimo trigesimo et anniversario omnia servari debent, quae supra de officio sepulturae dicta sunt; unde finita Missa, quae dici potest de Requiem, etiam in Festo majori du-

plici, quod non sit de praecepto audiendi Missam, ut Defunctorum adimpleatur voluntas; Sacerdos, deposita casula et manipulo et accepto pluviali, sumit crucem Subdiaconus, et ille cum Diacono pergit ad tumulum ipsumque inter et Altare collocatur; a Choro tunc cantatur Resp. Libera pag. 165; Sacerdos, posito incenso in thuribulo, ut supra notatum fuit, et dicto Kyrie, éléison, dicit Pater noster, et accipiens aspersionum, omnia sicut in depositione Defuncti peragit circumiens tumulum, et in suo loco collocatus, dicit: Y. Et ne nos inducas etc. R). Sed libera etc. Y. A porta inferi. R). Erue, Domine, animam ejus. Y. Requiescat in pace. R). Amen. Y. Domine, exaudi etc. R). Et clamor, etc. Y. Dominus vobiscum. R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Absolve, quaesumus, Domine, animam famuli tui N. (*vel* famulae tuae) (*vel* Sacerdotis) ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, et Electos tuos resuscitatus (*vel* resuscitata) respiret. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Y. Requiem aeternam dona ei, Domine.

Rj. Et lux perpetua luceat ei.

Y. Requiescat in pace. Rj. Amen.

An in casu, quo aliquis pro se adhuc vivente celebrare anticipate velit functiones funebres cum officio defunctorum, et Missa cantata; an hæc Missa possit esse de Requiem, si ritus officii currentis permittat: an votiva juxta devotionem petentis; an vero celebrari debeat de officio occurrente, vel si ritus non obstat, pro remissione peccatorum, aut ad postulandam gratiam bene moriendi?—R. Negative, et serventur Rubricæ Missalis, ac ritus Ecclesiæ.

S. R. C. die 28 Martii 1775.

De exequiis parvulorum

Cum puer baptizatus defunctus fuerit ante usum rationis, induitur juxta aetatem, et imponitur ei corona de floribus, seu de herbis aromaticis, et odoriferis, in signum integritatis carnis, et virginitatis. Parochi etiam meminerint convenientius fore ut, juxta vetustam et laudabilem ecclesiarum consuetudinem, parvulorum corpuscula non sepeliantur in communibus et promiscuis coemeteriorum et ecclesiarum sepulturis; sed, quatenus commode fieri poterit, speciales et separatos ab aliis loculos et sepulturas parvuli habeant, in quibus non sepeliantur, nisi qui baptizati fuerint infantes, quique ante annos discretionis obierint. Pariter in eorum funere, ut plurimum, non pulsentur campanae; quòd si

pulsentur, non sono lugubri, sed potiùs festivo pulsari debent. Tempore igitur opportuno, quo infantis corpus ad ecclesiam deferendum sit, Parochus superpelliceo et stola alba indutus, et alii de clero, si adsint, praecedente cruce, quae sine hasta defertur, accedunt ad domum defuncti cum clerico aspersionum deferente. Sacerdos aspergit corpus; deinde dicit cum cantu, si adsint, qui respondeant, si verò sit solus, sine cantu.

Añã. Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc, et usque in saeculum.

Psalm. 112.

Laudate, pueri, Dominum: * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum * ex hoc nunc, et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occasum * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super coelos gloria ejus.

¿Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in coelo et in terra?

Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens pauperem:

Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum laetantem.

Gloria Patri, et Filio, etc. Sicut erat etc.

Aña. Sit nomen Domini etc.

Dum portatur ad ecclesiam, dicatur psalm. Beati immaculati, etc. pag. 139. *Si tempus superest, dici possunt psalmi sequentes:*

Psalmus. 148.

Laudate Dominum de coelis: * laudate eum in excelsis.

Laudate eum, omnes Angeli ejus: * laudate eum, omnes Virtutes ejus.

Laudate eum, sol et luna: * laudate eum, omnes stellæ et lumen.

Laudate eum, coeli coelorum: * et aquae omnes, quae super coelos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in aeternum, et in saeculum saeculi: * praeceptum posuit, et non praeteribit.

Laudate Dominum de terra, * dracones et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, * quae faciunt verbum ejus:

Montes et omnes colles, * ligna fructifera et omnes cedri:

Bestiae et universa pecora, * serpentes et volucres pennatae:

Reges terrae et omnes populi, * principes et omnes judices terrae.

Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini; * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super coelum et terram; * et exaltabit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus, * filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

Cantate Domino canticum novum: * laus ejus in ecclesia sanctorum.

Laetetur Israel in eo, qui fecit eum; * et filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano et psalterio psallant ei:

Quia beneplacitum est Domino in populo suo; * et exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: * laetabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum; * et gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus, * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus, * et nobiles eorum in manicis ferreis:

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: * gloria haec est omnibus sanctis ejus.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubae: * laudate eum in psalterio, et cithara.

Laudate eum in tympano et choro: * laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis bene sonantibus; laudate eum in cymbalis jubilationis. * Omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, etc. Sicut erat etc.

Cum autem pervenerit ad ecclesiam, Parochus eam ingressus, dicat:

Añã. Hic accipiet.

Qua inchoata, statim canitur psalm. 23.

Domini est terra, et plenitudo ejus, pag. 32,
et sequitur:

Añã. Hic accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo; quia haec est generatio quaerentium Dominum.

Postea dicitur: Kyrie, eléison; Christe, eléison; Kyrie, eléison. Pater noster... *secreto: interim corpus aspergit ter in modum crueis.*

Y. Et ne nos inducas in tentationem;
R). Sed libera nos a malo.

Y. Me autem propter innocentiam suscepisti: R). Et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum.

R). Dominus vobiscum. R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Omnipotens et mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte Baptismatis, dum migrant a saeculo, sine ullis eorum meritis vitam illico largiris aeternam, sicut animae hujus parvuli hodie credimus te fecisse: fac nos, quaesumus, Domine, per intercessionem beatæ MARIAE semper Virginis et omnium Sanctorum tuorum, hic purificatis tibi mentibus famulari, et in

paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Deinde dicitur Missa, si dicenda sit, quae in festo duplici debet esse de die; in semidupl. verò (quando votivae privatae permittuntur) erit votiva Angelorum, vel SS. Trinitatis cum orationibus tempori congruentibus.

Dum corpus portatur ad tumulum, et etiam si tunc non portetur, dicitur:

Añã. Juvenes et virgines.

Psalm. 148. Laudate Dominum de coelis, pag. 179, cum aliis duobus sequentibus. Postea:

Añã. Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini.

Kyrie, eléison; Christe, eléison; Kyrie, eléison. Pater noster.

Ÿ. Et ne nos inducas etc. R). Sed libera etc.

Ÿ. Sinite parvulos venire ad me: R). Talius est enim regnum coelorum.

Ÿ. Dominus vobiscum. R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Omnipotens sempiterne Deus, sanctae puritatis amator, qui animam hujus parvuli

ad coelorum regnum hodie misericorditer
vocare dignatus es: digneris etiam, Domine,
ita nobiscum misericorditer agere, ut me-
ritis tuae sanctissimae Passionis, et inter-
cessionem beatae Mariae semper Virginis, et
omnium Sanctorum tuorum in eodem re-
gno nos cum omnibus Sanctis et Electis tuis
semper facias congaudere. Qui vivis et
regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus
Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.
R). Amen.

*Deinde Sacerdos corpus aspergat aqua bene-
dicta, et thurificet similiter et tumulum; post-
ea sepeliatur.*

*Cum autem a sepultura revertuntur in eccle-
siam, vel in altare, dicatur:*

Añã. Benedicite.

Canticum trium puerorum

Dan. 3.

Benedicite, omnia opera Domini, Domino:
* laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicite, Angeli Domini, Domino: * be-
nedicite, coeli, Domino.

Benedicite, aquae omnes, quae super coe-
los sunt, Domino: * benedicite, omnes vir-
tutes Domini, Domino.

Benedicite, sol et luna, Domino: * benedicite, stellae coeli, Domino.

Benedicite, omnis imber et ros, Domino: * benedicite, omnes spiritus Dei, Domino.

Benedicite, ignis et aestus, Domino: * benedicite, frigus et aestus, Domino.

Benedicite, rores et pruina, Domino: * benedicite, gelu et frigus, Domino.

Benedicite, glacies et nives, Domino: * benedicite, noctes et dies, Domino.

Benedicite, lux et tenebrae, Domino: * benedicite, fulgura et nubes, Domino.

Benedicat terra Dominum: * laudet, et superexaltet eum in saecula.

Benedicite, montes et colles, Domino: * benedicite, universa germinantia in terra, Domino.

Benedicite, fontes, Domino: * benedicite, maria et flumina, Domino.

Benedicite, cete et omnia quae moventur in aquis, Domino: * benedicite, omnes volucres coeli, Domino.

Benedicite, omnes bestiae et pecora, Domino: * benedicite, filii hominum, Domino.

Benedicat Israel Dominum: * laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite, Sacerdotes Domini, Domino: * benedicite, servi Domini, Domino.

Benedicite, spiritus et animae justorum,
Domino: * benedicite, sancti et humiles corde,
Domino.

Benedicite, Ananía, Azaría, Misael, Domino:
* laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicamus Patrem, et Filium, cum
sancto Spiritu: * laudemus et superexaltemus
eum in saecula.

Benedictus es, Domine, in firmamento coeli;
* et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus
in saecula.

Añã. Benedicite Dominum, omnes Electi
ejus, agite dies laetitiae, et confitemini illi.

Deinde ante altare dicit Sacerdos:

Y. Dominus vobiscum. R). Et cum spiritu
tuo.

Oramus

Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria
hominumque dispensas: concede propitius,
ut a quibus tibi ministrantibus in coelo
semper assistitur, ab his in terra vita
nostra muniatur. Per Christum Dominum
nostrum. R). Amen.

DE MATRIMONIO



Ordo celebrandi Matrimonium.

Parochus Matrimonium celebraturus, prius certior fieri debet de religione, aetate, libertate, statu et conditione contrahentium, ad quod juxta praeceptum Concilii Tridentini ter á proprio Parocho continuis diebus festis in ecclesia inter Missarum solemnias antequam matrimonium contrahatur denuntietur: quae denuntiationes, si vir et mulier parochiae sint diversae, in utraque fieri debent hoc modo.

Amonestacion para contraer Matrimonio.

N. hijo de N. y de N. (ó viudo de N.) vecino de esta parroquia (ó de tal parroquia) y N. hija de N. y de N. (ó viuda de N.) asimismo de esta parroquia (ó de N.) quieren contraer matrimonio por palabras de presente, como lo manda la Santa Madre Iglesia. Si alguno supiere algun impedimento de consanguinidad, ó afinidad, ó espiritual parentesco, ó algun otro impedimento por donde este matrimonio no se pueda contraer, debe manifestarlo in-

mediatamente, bajo la pena de pecado mortal en que incurre no lo haciendo. Esta es la primera amonestacion, (segunda ó tercera).

Antequam veró Parochus has denuntiationes facere aggrediatur, ipsi constare debet liber utriusque consensus, ambosque fidei rudimenta, christianamque catechesim scire, necnon suorum parentum, vel majorum habere consensum, illosque brevi sermone ita exhortari potest.

Exhortacion para cuando le piden al Párroco que publique las amonestaciones, ó para antes de los esponsales.

La Iglesia me ordena advertiros la obligacion en que estais de portaros cristianamente en este tiempo, que ha de preceder á vuestro matrimonio.

Vuestra amistad debe ser tan moderada en este intermedio, que nada ha de poder manchar la pureza ni la castidad; para este fin no debereis habitar en una misma casa, ni hablar el uno con el otro, sino delante de vuestros padres ó parientes.

Es muy conveniente no diferir largo tiempo vuestro matrimonio; pero entre tanto es

preciso disponeros santamente con la práctica de las buenas obras, y sobre todo con los sacramentos de la Penitencia y de la Eucaristía, que debeis recibir antes de la bendicion nupcial. Estas son las advertencias que la santa Iglesia os dá por mi ministerio: si las ejecutais con fidelidad, espero de la bondad de Dios que bendecirá vuestras bodas.

Ritus celebrandi Matrimonii Sacramentum.

Parochus igitur, nullo obstante impedimento, his, quae dicta sunt, praemissis, ad matrimonii celebrationem procedens, hora convenienti in ecclesia parochiali, superpelliceo, et stola coloris albi (vel, si ipse sit Missam celebraturus, alba et stola) indutus, adhibito, si potest, uno ministro vas aquae benedictae, et pelvim ad benedictionem anularum deferente, se sistet infra majoris, vel alterius altaris cancellos, utroque sponso praesente, confesso, et si fieri potest jejuno, cum honesto commitatu parentum, propinquorum, et trium, vel saltem duorum testium, conversus ad sponso stantes, virum ex adverso ad sinistram, foeminam vero ad dexteram, ipse operto capite, facto silentio,

contrahentes adhortabitur hoc, vel alio simili modo.

Exhortacion para antes del Matrimonio.

La union de nuestro Señor Jesucristo con la Iglesia es el modelo del matrimonio que los cristianos contraen entre sí. Este Sacramento es grande, digo, en Jesucristo y su Iglesia: las oraciones y bendiciones, que voy á hacer, atraerán sobre vuestro vínculo gracias semejantes á las que nuestro Salvador ha derramado sobre aquella.

Uniéndose con ella, la ha santificado, la ha prometido nunca abandonarla, y finalmente la ha dado una prodigiosa fecundidad en el crecido número de hijos que formó en su seno por el sacramento de la regeneracion:

Yo espero que este Divino Salvador os santificará por la infusion de la gracia, que Él derramará en vuestros corazones, y que os unirá no solamente con el vínculo de un sacramento que no sufre separacion alguna, sino tambien con el nudo sagrado de una caridad mútua que nunca debeis desatar; y en fin, que bendecirá vuestro

matrimonio dándoos cuantos consuelos y felicidades podais apetecer. Estos son los votos que por medio de mi ministerio hace ahora por vosotros la Iglesia.

● Otra exhortacion.

Jesucristo instituyó el sacramento del matrimonio para dar con él á los que dignamente le reciben gracias y auxilios, para que se amen con un amor semejante al que existe entre Él y su esposa la Iglesia, lleven las cargas de su nuevo estado, y eduquen cristianamente á los hijos, si Dios se los diere. Pero para conseguir estas gracias es necesario que los esposos se acerquen á este sacramento puros de todo pecado mortal y que tomen este estado con fin recto, y no con el que suelen inspirar las pasiones. Por no haberlo hecho así, vemos que para muchos el matrimonio en vez de ser un medio para santificarse y salvarse, es por el contrario el lazo de su perdicion tanto temporal como eterna.

His expositis, Parochus alloquitur contrahentes et testes in hunc modum.

Yo os requiero y mando, que si os sentís tener algun impedimento por el cual

este matrimonio no pueda ni deba ser contraído, ni ser firme y legítimo; conviene á saber, si hay entre vosotros impedimento de consanguinidad, ó afinidad, ó espiritual parentesco, ó de pública honestidad: si está ligado alguno de vosotros con voto de castidad ó religion, ó con desposorios ó matrimonio con otra persona: si no teneis licencia ó consentimiento de vuestros padres, tutores ó curadores: finalmente, si hay entre vosotros algun otro impedimento, que luego claramente lo manifesteis. Lo mismo mando á los que están presentes. Segunda y tercera vez requiero, que si sabeis algun impedimento lo manifesteis libremente.

Quibus respondentibus, quod non est aliquod impedimentum, quod prohibeat, Sacerdos, interrogato nomine utriusque, dicat sponsae:

Señora N., ¿quereis al señor N. por vuestro legítimo esposo y marido por palabras de presente, como lo manda la santa católica y apostólica Iglesia Romana?

R). Sí, quiero.

Sac. ¿Os otorgais por su esposa y muger?

R). Sí, otorgo.

Sac. ¿Le recibís por vuestro esposo y marido?

R). Sí, recibo.

Statim Sacerdos dicit sponso:

Señor N., ¿quereis á la señora N. por vuestra legítima esposa y mujer por palabras de presente, como lo manda la santa católica y apostólica Iglesia romana?

R). Sí, quiero.

Sac. ¿Os otorgais por su esposo y marido?

R). Sí, otorgo.

Sac. ¿La recibís por vuestra esposa y mujer?

R). Sí, recibo.

Sacerdos ponat manum dexteram sponsi super manum dexteram sponsae, et dicat, signum crucis super utrumque producendo:

Ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris *, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Vel subscriptis verbis utatur:

Y yo de parte de Dios todopoderoso, y de los bienaventurados apóstoles san Pedro y san Pablo, y de la santa madre Iglesia os desposo, en el nombre del Padre *, y del Hijo, y del Espíritu santo. Amen.

Postea aspergat eos aqua benedicta, et computet arrhas, quae solent esse tredecim nummi, quibus in patella positae simul cum duobus annulis aureis, vel argenteis, faciat benedictionem arrharum et annulorum hoc modo:

Benedictio arrharum

Y. Adjutorium nostrum in nomine Domini;

R). Qui fecit coelum et terram.

Y. Sit nomen Domini benedictum;

R). Ex hoc nunc, et usque in saeculum.

Y. Domine, exaudi orationem meam;

R). Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oremus

Benedic, Domine, has arrhas, quas hodie tradit famulus tuus hic in manum ancillae tuae; quemadmodum benedixisti Abraham cum Sara, Isaac cum Rebecca, Jacob cum Rachel: dona super eos gratiam salutis tuae, abundantiam rerum, et constantiam operum; florescant sicut rosa in Jericho plantata, et Dominum nostrum Jesum Christum timeant, et adorent ipsum, qui trinum pos-

sidet Numen, cujus regnum, et imperium sine fine permanet in saecula saeculorum. R). Amen.

Oramus

Domine Deus omnipotens, qui in similitudinem sancti connubii Isaac cum Rebecca per intercessionem arrharum Abrahae famuli tui copulari jussisti, ut oblatione munerum numerositas cresceret filiorum: quaesumus omnipotentiam tuam, ut ad hanc oblationem arrharum, quas hic famulus tuus dilectae suae sponsae offerre procurat, sanctificator accedas, eosque cum suis muneribus propitius bene * dicas, quatenus tua benedictione protecti, et invicem dilectionis vinculo innexi, gaudeant feliciter cum tuis fidelibus perenniter mancipari. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Benedictio annulorum

Benedic, Domine, hos annulos, quos in tuo nomine benedicimus, ut qui eos porterint, in tua voluntate permaneant, et in amore tuo vivant, senescant, et multiplicentur in longitudinem dierum. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Oremus

Creator, et conservator generis humani, dator gratiae spiritualis, largitor aeternae salutis: tu, Dómine, tuam mitte bene * dictionem super hos annulos, ut qui hoc fidelitatis signo insignitus incesserit, in virtute coelestis defensionis, ad aeternam vitam sibi proficiat. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Benedictio Dei Pa * tris omnipotentis, et Fi * lii, et Spiritus * sancti descendat, et maneat super hos annulos, et has arrhas. R). Amen.

Et aspergat Sacerdos annulos, arrhas et circumstantes aqua benedicta. Deinde Sacerdos accipit alterum annulorum inter primos tres digitos, dicens:

Benedic ✠, Domine, hunc annulum, ut ejus figura pudicitiam custodiat.

Et infigit illum in digitum quartum dexteræ manus sponsi, dicens:

In nomine, Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Pari modo alterum annulum accipit, et benedicit, ut supra, et tradit eum sponso, qui accipiens illum tribus digitis, infigit illum in quarto digito manus dexteræ i-

psius sponsae. Mox junctis manibus sponsae inferius, et desuper manibus sponsi, sponsus demittat arrhas in manus sponsae, dicens haec verba, praeunte Sacerdote:

Esposa, este anillo y arras os doy en señal de matrimonio.

Respondeat illa:

Yo lo recibo.

Et deponit arrhas in patellam. Deinde dicit Sacerdos:

Y. Manda, Deus, virtuti tuae: confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.

Y. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem, tibi offerent reges munera.

Y. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos, qui probati sunt argento.

Y. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto: R). Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. R). Amen.

Kyrie, eléyson; Christe, eléyson; Kyrie, eléison. Pater noster.....

Y. Et ne nos inducas in tentationem.

R). Sed libera nos a malo.

Y. Salvos fac servos tuos,

R). Deus meus, sperantes in te.

Y. Domine, exaudi orationem meam.

R). Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, bene ✠ die conjuges istos, et semina semen vitae in mentibus eorum; ut quidquid majestati tuae gratum esse intellexerint, opere compleant. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Tunc Sacerdos apprehendens manum dexteram utriusque conjugis introducat eos in ecclesiam, dicens:

PSALM. 127.

Beati omnes, qui timent Dominum, * qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum quia manducabis: * beatus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans * in lateribus domus tuae.

Filii tui sicut novellae olivarum * in circuitu mensae tuae.

Ecce sic benedicetur homo, * qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: * et vi-

deas bona Jerusalem omnibus diebus vitae
tuae.

Et videas filios filiorum tuorum, * pa-
cem super Israel.

Gloria Patri, etc. Sicut erat, etc.

*Cum pervenerint ad altare, flectunt ge-
nua, et Sacerdos conversus ad eos, dicit:*

Kyrie, eléyson; Christe, eléyson; Kyrie,
eléyson. Pater noster.....

Y. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

Y. Domine, exaudi orationem meam;

R. Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oramus

Benedicat Deus vestri oris eloquia. Amen.
Cor vestrum sinceri amoris copulet nexu
perpetuo. Amen. Floreatis cum praesen-
tium copiis, fructificetis decenter in filiis,
gaudeatis perenniter cum amicis. Amen.
Tribuat vobis Dominus dona perennia, pa-
rentibus, et amicis feliciter dilatata, et cun-
ctis gaudia sempiterna. Amen.

Oramus

Benedicat vos Dominus coelestis gloriae,

Rex omnium Sanctorum. Amen. Detque vobis suae dilectionis dulcedinem, et saeculi praesentis felicitate laetari. Amen. Collato etiam gaudio filiorum post diuturnum tempus, conferat habitaculum coelestium mansionum. Qui vivit et regnat Deus, in saecula saeculorum. R). Amen.

Exhortacion para despues del Matrimonio

El sagrado vínculo del matrimonio con que Dios acaba de unirnos, os obliga á guardar mútuamente la fidelidad, que os habeis prometido, y á manteneros en una paz y amistad perfecta. Para conservar esta paz y esta amistad, daos todas las señales de un cariño recíproco.

El marido debe amar á su mujer, como Jesucristo amó á su Iglesia. La mujer debe á su marido el amor, el respeto, la obediencia, y procurar complacerle en todo lo que no se oponga á lo que debe á Dios su criador.

Sobre todo empeñaos uno y otro en vivir en el temor de Dios, y en la observancia de sus mandamientos. Haced de modo, que si Dios tuviese por conveniente daros hijos,

le conozcan y le sirvan con fidelidad, para que en este mundo sean vuestro consuelo, y en el otro podais con ellos bendecir y alabar al Señor por una eternidad.

Otra exhortacion

Recibisteis ya un sacramento, que os impone gravísimas obligaciones. Os debeis un amor verdadero y grande, y una fidelidad constante hasta la muerte. El esposo ha de tratar á su esposa como compañera, y no esclava; ella ha de respetarle, y obedecerle en todo lo que sea justo y no se oponga á la ley de Dios. Ambos están obligados á dar á sus hijos una educacion cristiana, para que algun dia sean su gozo y su corona en el tiempo y en la eternidad.

Ceremoniae Missae nuptialis

His actis, Sacerdos deponit pluriale, et accipit planetam, et manipulum albi coloris. Missa de nuptiis dicitur, ut habetur in Missali Romano; nisi benedictio faciendā sit die dominica, vel alio festo solemni primae, aut secundae classis, vel de praecepto audiendi sacrum, tunc enim dicitur de die cum com-

memoratione nuptiarum sub diversa terminatione. Dicto in Missa Pater noster, etc. Sacerdos antequam dicat Libera nos, quae-sumus, Domine, genuflectit, et recedit ad cornu Epistolae, et ibi stat versus sponsum et sponsam ante altare genuflexos, et dicit super eos sequentes orationes:

Oramus

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris; et institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste; ut quod, te auctore, jungitur, te auxiliante, servetur. Per Dominum etc.

Oramus

Deus, qui potestate virtutis tuae de nihilo cuncta fecisti: qui, dispositis universitatis exordiis, homini ad imaginem Dei facto ideo inseparabile mulieris adjutorium condidisti, ut femineo corpori de virile dares carne principium, docens quod ex uno placuisse institui, nunquam licere disjungi: Deus, qui tam excellenti mysterio conjugalem copulam consecrasti, ut Christi et Ecclesiae sacramentum praesignares in foedere nuptiarum: Deus, per quem mulier

jungitur viro; et societas principaliter ordinata, ea benedictione donatur, quae sola nec per originalis peccati poenam, nec per diluvii est ablata sententiam: respice propitius super hanc famulam tuam, quae maritali jungenda consortio, tua se expetit protectione muniri: sit in ea jugum dilectionis et pacis: fidelis et casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat feminarum: sit amabilis viro, ut Rachel: sapiens, ut Rebecca: lengaeva et fidelis, ut Sara: nihil in ea ex actibus suis ille auctor praevariationis usurpet: nexa fidei, mandatisque permaneat: uni toro juncta, contactus illicitos fugiat: muniat infirmitatem suam robore disciplinae: sit verecundia gravis, pudore venerabilis, doctrinis coelestibus erudita: sit foecunda in sóbole, sit probata et innocens, et ad beatorum requiem, atque ad coelestia regna perveniat: et videant ambo filios filiorum suorum usque in tertiam et quartam generationem; et ad optatam perveniant senectutem. Per eundem Dominum etc.

Quibus dictis, conversus ad medium altaris genuflectit, surgit, accipit patenam, et dicit Libera nos, et reliqua more solito: et

postquam sumpserit sanguinem sacrum, communicet sponso, si ad hoc parati sint, et prosequatur Missam. Dicto Benedicamus Domino, vel, si Missae illius diei conveniat, Ite, Missa est, Sacerdos, antequam populo benedicat, conversus ad sponsum et sponsam, dicat:

Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob sit vobiscum; et ipse adimpleat benedictionem suam in vobis: ut videatis filios filiorum vestrorum usque ad tertiam et quartam generationem; et postea vitam aeternam habeatis sine fine, adjuvante Domino nostro Jesu Christo. Qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat Deus, per omnia saecula saeculorum. R). Amen.

Deinde oratione gravi admonet conjugatos vulgari sermone in hunc modum.

Ya que habeis recibido las bendiciones, segun la costumbre de la Iglesia, lo que os amonesto es que os guardéis lealtad el uno al otro; y en tiempo de oracion, y mayormente de ayunos y festividades, tengais castidad: el marido ame á la mujer, y la mujer al marido, y que permanezcais en el temor de Dios.

Postea aspergat eos aqua benedicta, et det

benedictionem, et dicat, ut solitum est, Evangelium S. Joannis, et tradat sponsam sponso per manum dexteram, et dimittat eos in pace, dicens:

Compañera os doy, y no sierva: amadla como Cristo ama á su Iglesia.

De secundis nuptiis

Si mulier jam benedicta fuerit, sive virgo sit, sive non, ejus nuptiae iterum non benedicuntur; sed post ingressum in ecclesiam, dicendo Psalm. Beati omnes, qui timent Dominum, etc., ut supra, (pág. 198-201), statim sponsi semoti ab altari audiunt Missam, quae pro illis dicenda est, quae debet esse de festo occurrenti, vel votiva, si officium eam non impediat, nunquam vero Missa ordinaria pro sponso et sponsa: peracta Missa, dicatur super illos genuflexos ante altare sequens oratio.

Gremus

Respice, Domine, super hanc conjunctionem tuam, ut sicut misisti sanctum Angelum tuum Raphaellem, pacificum Tobiae et Sarae filiae Raguelis comitem, ita digneris, Domine, mittere benedictionem tuam super hos

famulos tuos, ut in tua voluntate permaneant, et in amore tuo vivant, et senescant, et multiplicentur in longitudinem dierum. Per Dominum, etc.

Benedictio Dei Pa * tris, et Fi * lii, et Spiritus * sancti descendat super vos, et maneat semper. Amen.

Et dicta ad eos exhortatione, ut supra (pág. 204), aspergit eos aqua benedicta, et dicit: Ite in pace.



De Missa parochiali

Fideles adhortetur quisque Parochus, ut quamvis oratoria, capellas, monasteria, aliasque ecclesias in vicinia habeant, in quibus celebretur sacrosanctum Missae sacrificium, frequenter tamen diebus dominicis, festisque solemnibus ad suam baptismalem, seu parochialem ecclesiam conveniant, ubi a proprio Pastore verbo Dei pascantur, trementi sacramentorum usu reficiantur, fidei christianae rudimentis, praeceptisque animarum saluti necessariis instruantur, tum etiam, ut ab eodem discant, qui dies festi (si qui intra hebdomadam occurrant) celebrandi, quae vigiliae jejuniave servanda

sint, et alia hujusmodi pro ratione temporis denuntiari solita, quod ut religiosius exequantur fideles, haec observavit.

Rector aut Vicarius post Offertorium, depositis casula et manipulo cum bireto, in infimo altaris gradu paululum orabit, deinde in chatedram ascendet, si eam ecclesia habeat, sin autem ad dextrum altaris cornu procedat, ibi stans conversus ad populum aperto capite signabit se signo crucis, dicens:

✱ *In nomine Patris, etc.*

Cooperit caput, et legit de verba ad verbum monitoriales, et mandata D. Archiepiscopi, si quae sint.

Indicabit etiam dies, quibus jejunandum sit, vel abstinendum ab esu carnium, et dies festivos, si qui sint. Exinde fient denuntiationes matrimonii, et eorum, qui admittendi sunt ad ordines modo infra memorando. Postea aperto capite leget Epistolam, vel Evangelium diei, juxta aliquam versionem approbatam, vel memoriter recitabit, et ut par est, populo explanabit, vel saltem aliquod doctrinae christianae punctum suos parochianos docebit.

His finitis, omnes adstantes pro peccatis ve-

nialibus confessionem generalem dicant, et cum ad illa pervenerint verba: Mea culpa, etc. Sacerdos dicat: Misereatur, etc. Indulgentiam, etc.

Illosque hortetur, ut preces Deo fundant pro pace inter reges, principesque christianos, haeresum extirpatione, sanctae catholicae fidei incremento, aut pro qualibet publica necessitate, si quae adfuerit.

Denuntiationes quae fieri solent in Dominicis per annum

DENUNTIATIO JEJUNII

Miércoles, (ó N.) es el ayuno de la Vigilia de S. N. Todos los que han llegado á la edad de veinte y un años, y no tienen impedimento legítimo, están obligados á ayunar este dia.

DENUNTIATIO FESTI

El N. próximo, es la fiesta de S. N. que debeis celebrar como el Domingo.

SI NULLUM SIT FESTUM SERVANDUM IN HEBDOMADA

No hay dia de fiesta en esta semana, que os impida trabajar, ú os obligue á oír Misa.

SI ANNIVERSARIUM SIT IN ALICUJUS OBITU FACIENDUM

El día N. celebraremos las honras, ó cabo de año, por el difunto N. Procurarán hallarse presentes todos, para pedir á Dios por el descanso de su alma.

Formulae variarum testificationum, quae ad calcem monitoriorum, et denuntiationum apponendae sunt

Testificatio denuntiationum matrimonii.

Si partes obtinuerint dispensationem ab una, vel duabus denuntiationibus, de hoc monebit Parochus hoc modo.

Esta sirve por la primera y última (ó esta sirve por la segunda y última monición) en atención á la dispensa de una (ó de dos) que concedió el Señor Arzobispo (ó su Vicario general).

Yo el infrascrito Rector (ó Teniente Cura) de la parroquia de. . . certifico haber publicado la monición que precede el día. . . el. . . y el. . . sin que hubiese alguna oposición, ni resultase impedimento alguno, y

que el futuro esposo se ha presentado en el tribunal de la Penitencia.

Huic attestationi non est fides adhibenda, nisi certissimè cognoscatur chirographum, seu signatura illius, qui ei subscripsit, vel nisi comprobatum fuerit chirographum illud.

Formula certificationis a Rectoribus dirigendae ad D. Archiepiscopum ad obtinendam dispensationem super una, vel duabus matrimonii publicationibus

Hanc testificationem dare competit Parocho mulieris, hancque exhibere non debet, nisi prius ipsi constet de aetate, et contrahendi voluntate partium, de parentum consensu, de dispensationibus necessariis, si aliquod sit impedimentum; de aliis denique requisitis, ut licite et valide contrahere possint.

Yo el infrascrito Rector (ó Teniente) de la parroquia de . . . certifico al señor Arzobispo (ó al señor Provisor) que N. N., hijo de . . . , y N. N. hija de . . . , entrambos de esta parroquia, pueden casarse legítimamente; y no habiendo entre ellos impedi-

mento alguno, que llegase á mi noticia, suplican á V... les conceda la dispensa de una (ó de dos) amonestaciones, en atención á que tienen razones muy urgentes para acelerar el matrimonio, como la es (*ibi exponendae rationes*: v. gr. el preveer que algunos mal intencionados podrán maliciosamente oponerse á su matrimonio, ó que el dicho N. tiene precision de hacer un largo viaje, ó de embarcarse, etc.) Por lo cual doy la presente, que firmo en. . . á. . . del mes de. . . año de. . .

Fórmula del testamento, cuando no se halla Notario ni quien supla sus veces

En el día. . . del mes de. . . año de. . . Yo el Rector de la parroquia de. . . Arzobispado de. . . teniendo en mi presencia á N. N. (*nomen, cognomen, qualitas testatoris*) vecino del lugar de. . . de la dicha parroquia, el cual estando en cama en el dicho lugar, enfermo, pero sano de espíritu, memoria y juicio, según hizo constar por sus palabras y acciones, tanto á mí como á los testigos abajo nombrados, y por él llamados; deseando proveer á la salud de su alma, y poner en orden sus negocios temporales, conociendo que no había quien pudiese autorizar su testamento, me hizo llamar, y me requirió que lo pusiese por escrito, según él lo ha hecho y dictado de su propia voluntad sin sujeción ni persuasión de persona alguna, de la manera siguiente. Después de haber encomendado su alma á Dios que la ha redimido, en quien dijo creía, como asimismo el misterio de la santísima Trinidad Padre, Hijo y Espíritu

santo, tres personas distintas, y un solo Dios verdadero: el de la encarnacion del Hijo de Dios, y todo lo que cree y confiesa nuestra santa Madre Iglesia católica, apostólica, romana, y despues de haber pedido á su Criador que lo conserve en esta fé, y que le perdone sus pecados por los méritos de Jesucristo, y por la intercesion de la Virgen Santa María, y de todos los Santos, dijo: Quiero que mi cuerpo sea enterrado en *(tal sitio)* despues de haber sido amortajado con el hábito de... y que á esta funcion, como á las de 7.^o día y cabo de año, que tambien quiero que por mi alma se celebren, asistan *(tantos)* señores Sacerdotes.

Quiero asimismo que por mi alma (ó la de N.) se manden decir *(tantas)* Misas por el estipendio de...

Es mi voluntad que, luego que yo fallezca, se paguen todas mis deudas, especialmente *tal y tal (se deben expresar aquellas, de las cuales no tienen resguardo los acreedores)*.

Dejo al santo Sepulcro para la redencion de cautivos y santa Cruzada la limosna acostumbrada, con la cual los separo de todos mis bienes.

Doy en legato á N. N. *(aquí se ponen los legatos, y todo lo demás que el testador quisiere ordenar)*.

Y de lo restante nombro, é instituyo por mi universal heredero á N.

Para la ejecucion de todo lo que llevo dicho, nombro por mi cùmplidor á N. N., y á falta de éste á N., para que, arreglándose á esta mi última voluntad, disponga de todos mis bienes, muebles y raices. Y queriendo que este mi testamento tenga valor y efecto, y que á él solo se le dé fe, y no á otro alguno, revoco todos los que hubiese hecho. El cual testamento así formado y dictado por el dicho testador á mí el referido Rector, y en presencia de N. y N. *(aquí se pone el nombre, apellido y vecindad de cinco testigos á lo menos, vecinos del testador, y si no se encuentran los cinco vecinos bastan tres; pero hay que hacer constar que no se encontraron más)* ha sido leído por mí delante de los mismos

testigos al referido testador, que ha dicho haberlo entendido, y darlo por bien hecho, y que por lo mismo se ratificaba en él. Hecho y escrito en la habitación del expresado enfermo, el cual lo ha firmado. *Si no sabe ó no puede se pondrá:* habiéndole requerido que lo firmase, declaró no saber, ó no poder por su indisposicion. Firman conmigo dichos testigos. *Si no saben se dirá:* y habiéndole dicho á los referidos testigos que firmasen conmigo, declararon no saber. *Si alguno ó algunos saben se pone:* Firma N., y los demás dijeron no sabían. *Si testator non potest, vel nescit subscribere, advocentur testes, quorum unus saltem subscribere sciat.*

Modelo de partida de Bautismo

En la Iglesia parroquial de san (ó santa) de..., distrito municipal de..., provincia de..., en la mañana (tarde ó noche) del dia (la fecha en letra) del mes de..., año de..., (tambien en letra) yo D. N. Cura párroco de la misma (ó Cura ecónomo, Coadjutor, Capellan excusador (y en los dos últimos casos con licencia del expresado Párroco), bauticé solemnemente, puse los santos óleos y por nombre (ó nombres...) á un niño, que nació (es conveniente poner la hora poco más ó ménos y el dia ó noche) en la aldea de N., (ó en la calle de N., número....) hijo legítimo de D.... y de D.^a..., de esta vecindad, y oriundos, el primero de (la villa, ciu-

dad ó parroquia, distrito municipal y provincia), y la segunda de...., (lo mismo). Abuelos paternos N. y N., vecinos de...., y oriundos de....: maternos N. y N., vecinos de...., y oriundos de.... Fueron padrinos N. y N., vecinos de...., á quienes advertí el parentesco espiritual y exhorté segun previene el Ritual Romano. Presenciaron este bautismo como testigos dichos padrinos y el sacristan N. Y para que conste, lo firmo (con el Señor Cura párroco en los casos arriba referidos).

Modelo de partida de Casamiento

En la Iglesia parroquial de san...., (ó en la parroquia de...., si el matrimonio se celebró en casa) distrito municipal de... , provincia de...., en el dia.... del mes de...., año de..., (todas las fechas en letra) yo D. N., Cura párroco de la misma (ó Cura ecónomo, Coadjutor ó Capellan excusador, y en estos dos últimos casos con licencia expresa del Párroco, que tambien habrá de firmar la partida) asistí al matrimonio, que por palabras de presente expresivas del consentimiento y mútuas aceptaciones en la forma que pre-

viene el Ritual Romano contrajo D. N., (su profesion) de estado soltero (ó viudo de N.) (1), de..... años de edad, oriundo de....., vecino de...., é hijo legítimo de D. N. y D.^a N., con D.^a N., soltera (ó viuda de N.) (2), de edad de..., oriunda de.... y vecina de...., hija legítima de D. N. y de D.^a N., vecinos de....; habiendo precedido el exámen de la doctrina cristiana y la publicacion de las tres canónicas amonestaciones segun lo dispuesto por el santo Concilio de Trento, sin que llegase á mi noticia impedimento alguno, (ó la dispensa de las mismas), como tambien el consentimiento paterno (ó el consejo) (3). Recibieron las bendiciones nupciales y se velaron en...., (ó no, por razon de tiempo prohibido ó del estado de viudez de la contrayente). Fueron testigos de este matrimonio D. N. y D. N., vecinos de.... Y para que conste, lo firmo.

(1) Es necesario expresar la fecha y lugar del fallecimiento de la consorte premuerta.

(2) Aquí se requiere lo mismo que en el caso anterior.

(3) Respecto á las personas cuyo consentimiento ó consejo es necesario, téngase presente la ley de 20 de Junio de 1862 inserta en el Boletín eclesiástico de este Arzobispado, número 14, correspondiente al Domingo 20 de Julio del mismo año.

Modelo de partida de Defuncion

En el cementerio de la parroquia de..., partido municipal de..., provincia de..., en la mañana (ó tarde) del dia... del mes de..., año de..., se ha dado sepultura eclesiástica al cadáver de..., que falleció en la aldea de..., (ó en la calle de..., número...) á consecuencia de... (se indica la enfermedad). Era soltero, (casado con..., ó viudo) de edad de..., hijo legítimo de... y de..., vecino de esta parroquia y oriundo de..., su profesion (labrador, abogado, etc.) Recibió los santos sacramentos de..., y los demás auxilios espirituales (ó falleció repentinamente, sin dar más tiempo que para...) Hizo testamento por ante el escribano ó notario D. N., en el que dispuso en cuanto á lo pío que..., (ó no hizo testamento) y fué enterrado con arreglo á esta disposicion (ó con asistencia de..... señores Sacerdotes). Y para que conste, lo firmo como Cura párroco de la sobredicha parroquia.



DE BENEDICTIONIBUS

Ordo ad faciendam aquam benedictam

Diebus Dominicis, et quandocumque opus fuerit, praeparato sale, et aqua munda benedicenda in ecclesia vel in sacristia, Sacerdos superpelliceo, et stola violacea indutus, primo dicit:

Y. Adjutorium nostrum in nomine Domini;

R). Qui fecit coelum et terram.

Deinde absolute incipit exorcismum salis.

Exorcizo te, creatura salis, per Deum * vivum, per Deum * verum, per Deum * sanctum, per Deum, qui te per Eliseum prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquae, ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, et sis omnibus sumentibus te sanitas animae et corporis, et effugiat, atque discedat a loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia, et nequitia, vel versutia diabolicae fraudis, omnisque spiritus immundus adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. *R).* Amen.

Oramus

Immensam clementiam tuam, omnipotens aeterne Deus, humiliter imploramus; ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare tua pietate digneris; ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis: et quidquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritualis nequitiae. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Exorcismus aquae

Exorcizo te, creatura aquae, in nomine Dei ✠ Patris omnipotentis, et in nomine Jesu ✠ Christi Filii ejus Domini nostri, et in virtute Spiritus ✠ sancti, ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare, et explantare valeas cum Angelis suis apostaticis, per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. R). Amen.

Oramus

Deus, qui ad salutem humani generis maxima quaeque Sacramenta in aquarum sub-

stantia condidisti: adesto propitius invocationibus nostris, et elemento huic multimodis purificationibus praeparato virtutem tuae bene * dictionis infunde, ut creatura tua, mysteriis tuis serviens, ad abigendos daemones, morbosque pellendos divinae gratiae sumat effectum; ut quidquid in domibus, vel in locis fidelium haec unda resperserit, careat omni immunditia, liberetur a noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidiae latentis inimici: et si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aspersione hujus aquae effugiat, ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum, etc.

Hic ter mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel:

Commixtio salis, et aquae pariter fiat in nomine Pa * tris, et Fi * lii, et Spiritus * sancti. R). Amen.

Y. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oremus

Deus, invictae virtutis auctor, et insupe-

rabilis imperii rex, ac semper magnificus triumphator, qui adversae dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis saevitiam superas, qui hostiles nequitas potenter expugnas: te, Domine, trementes, et supplices deprecamur, ac petimus, ut hanc creaturam salis, et aquae dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuae rore sanctifices; ut ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti nominis tui, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur, et praesentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum, etc. in unitate ejusdem....

Post benedictionem aquae, Sacerdos, dominicis diebus antequam incipiat Missam, aspergit altare, deinde se, et ministros, ac populum, dicendo:

Añã. Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealabor.

Psalm. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

Y. Gloria, etc.

Repetitur Añã. Asperges, etc.

Sacerdos reversus ad altare junctis manibus dicat:

Y. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. *Tempore Paschali additur Alleluia.*

R). Et salutare tuum da nobis.

Y. Domine, exaudi orationem meam;

R). Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus: et mittere digneris sanctum Angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Tempore Paschali, loco Añae. Asperges, dicitur:

Aña. Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro, alleluia: et omnes, ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent, alleluia, alleluia. *Psalm.* Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia ejus.

Y. Gloria, etc.

Repetitur Aña. Vidi aquam, etc.

Si benedictio aquae fiat a Celebrante ante Missam solemnem in Dominica, induere debet albam et stolam colori Missae convenientem; si autem benedictio fiat ab alio ante Missam solemnem aut alio tempore, tunc benedicens induere debet superpellicium et stolam violaceam, juxta rit. Rom. — Gav. p. 4, tit. 19, Rub. 6. — Cav. tom. 4, dec. 368, n. 4, -7.

Aspersio aquae benedictae fieri debet omnibus Dominicis ante Missam principalem conventualem sive parochialem; ita ut omitti nequeat, quia in Dominicis pertinet ad Missae principalis caeremonias, sive Missa solemniter cantetur sive non, sive etiam expositum sit SS. Sacramentum. Et fieri debet per Celebrantem Missam sequentem, et non per alium; quia in Missali dicitur, quod alius possit benedicere aquam, non autem quod alius possit aspergere; sed quod Sacerdos celebraturus accedat ad altare ad aspersionem faciendam.

Sacerdos faciens aspersionem aquae, indutus esse debet amictu, alba, cingulo, stola aptata ante pectus ad modum crucis, et pluvioli coloris Missae convenientis: et si plu-

viale non habeatur, amictu, alba, cingulo et stola, sine manipulo et casula.

In minoribus ecclesiis, in quibus Missa parochialis cantari non solet, equidem fieri debet aspersio aquae benedictae ante Missam, legendo ea quae in aliis ecclesiis cantantur.

Benedictio domorum in Sabba- to Sancto Paschae

*Parochus, seu alius Sacerdos, superpelli-
ceo et stola alba indutus, cum ministro de-
ferente vas aquae ex benedictione fontium
ante perfusionem chrysmatis acceptae, visi-
tat domos suae parochiae, aspergens eas
eadem aqua benedicta. Ingrediens domum
dicit: V. Pax huic domui, Rj. Et omnibus
habitantibus in ea.*

*Deinde aspergens loca praecipua domus,
et eos, qui habitant in ea, dicit antiphonam
Vidi aquam, etc. ut supra, pág. 221, et ora-
tionem sequentem:*

Oramus

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omni-
potens, aeterne Deus, et sicut domos he-
braeorum in exitu de Aegypto agni sangui-

ne linitas (quod Pascha nostrum, in quo im-
molatus est Christus, figurabat) ab Angelo
percutiente custodisti: ita mittere digneris
sanctum Angelum tuum de coelis, qui custo-
diat, foveat, protegat, visitet atque defen-
dat omnes habitantes in hoc habitaculo.
Per eundem Christum Dominum nostrum.
R). Amen.

Benedictio domus per annum

*Sacerdos, volens aliquam particularem
domum alio tempore infra annum asperge-
re aqua benedicta, ingrediens domum di-
cat: Pax huic domui, et omnibus habitanti-
bus in ea. Deinde loca aspergendo dicat,
quae pro aspersione diebus Dominicis fa-
cienda superius apposita sunt, pag. 220-221.*

Benedictio ad quodcumque co- mestibile

Y. Adjutorium nostrum in nomine Do-
mini.

R). Qui fecit caelum et terram.

Y. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oremus

Bene ✠ dic, Domine, creaturam istam N.,
ut sit remedium salutare generi humano; et

praesta per invocationem sancti nominis tui, ut, quicumque ex ea sumpserint, corporis sanitatem, et animae tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Aspergat id aqua benedicta.

Benedictio communis super fruges et vineas

Y. Adjutorium nostrum in nomine Domini;

R). Qui fecit coelum et terram.

Y. Domine, exaudi orationem meam;

R). Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Oramus pietatem tuam, omnipotens Deus, ut has primitias creaturae tuae, quas aeris et pluviae temperamento nutrire dignatus es, benedictionis * tuae imbre perfundas, et fructus terrae tuae usque ad maturitatem perducas. Tribuas quoque populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere, ut a fertilitate terrae esurientium animas bonis affluentibus repleas, et egenus, et pauper

laudent nomen gloriae tuae. Per Christum
Dominum nostrum. R). Amen.

Aspergat illas aqua benedicta.

Benedictio terrae seminatae seu plantatae

Y. Adjutorium nostrum in nomine Do-
mini;

R). Qui fecit coelum et terram.

Y. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Bene ✠ dicat nos Deus, Deus noster, et
terrae nostrae ubertatem concedat, in cen-
tuplum amplificet fructus ejus, ut venientes
in exultatione manipulos nostros colliga-
mus. Per Christum Dominum nostrum.
R). Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio pro animalibus in- firmantibus

*Primo animalia aspergantur aqua bene-
dicta; postea Sacerdos dicat:*

Y. Adjutorium nostrum in nomine Do-
mini;

R). Qui fecit coelum et terram.

Y. Domine, exaudi orationem meam;

R). Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Misericordiam tuam, Domine, supplices exoramus, ut haec animalia, quae gravi infirmitate vexantur, tua bene ✠ dictione sanentur; extinguatur in eis omnis diabolica potestas, neque ulterius aegrotent: esto eis vitae defensio et remedium sanitatis.

Deus, qui laborantibus hominibus etiam de mutis animalibus solatia subrogasti; suppliciter te rogamus, ut sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias usibus non perire. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

Benedictio loci

Y. Adjutorium nostrum in nomine Domini;

R). Qui fecit coelum et terram.

Y. Domine, exaudi orationem meam.

R). Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

Oramus

Bene ✕ dic, Domine Deus omnipotens, locum istum (vel domum istam) ut sit in eo (vel in ea) sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas et mansuetudo, plenitudo legis, et gratiarum actio Deo Patri, et Filio, et Spiritui sancto: et haec benedictio maneat super hunc locum, et super habitantes in eo, nunc, et semper. ℞. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Alia benedictio domus novae

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini;

℞. Qui fecit coelum et terram.

Ÿ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

Oramus

Te, Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, et habitatoribus ejus, ac rebus, ut eam bene ✕ dicere,

et sancti ✕ ficare, ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis, Domine, de rore coeli abundantiam, et de pinguedine terrae vitae substantiam, et desideria voti eorum ad effectum tuae miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum bene ✕ dicere et sancti ✕ ficare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac, et Jacob; et intra parietes domus istius Angeli tuae lucis inhabitent, eamque et ejus habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum. R̄. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

Benedictio thalami

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini;

R̄. Qui fecit coelum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R̄. Et cum spiritu tuo.

Oramus

Bene ✕ dic, Domine, thalamum hunc, ut omnes habitantes in eo in tua pace consistent, et in tua voluntate permaneant, et senescant, et multiplicentur in longitudo-

nem dierum, et ad regna coelorum perveniant. Per Christum Dominum nostrum.

R). Amen.

Postea aspergat thalamum aqua benedicta.

Benedictio novae navis

Y. Adjutorium nostrum in nomine Domini;

R). Qui fecit coelum et terram.

Y. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Gremus

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, et bene ✕ dic navem istam dextera tua sancta, et omnes qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noe ambulantem in diluvio. Porrigere eis, Domine, dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: et mitte sanctum Angelum tuum de coelis, qui liberet et custodiat eam semper a periculis universis, cum omnibus quae in ea erunt; et famulos tuos, repulsis adversitatibus, portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis, transactisque ac recte perfectis negotiis omnibus, iterato tempore

ad propria cum omni gaudio revocare digneris. Qui vivis.....

Aspergat navim aqua benedicta.

Benedictio panis

Y. Adjutorium nostrum in nomine Domini;

R). Qui fecit coelum et terram.

Y. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oremus

Domine Jesu Christe, panis Angelorum, panis vivus aeternae vitae, bene * dicere dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto, ut omnes ex eo gustantes, inde corporis et animae percipiant sanitatem. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R). Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio novorum fructuum

Y. Adjutorium nostrum in nomine Domini;

R). Qui fecit coelum et terram.

Y. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oremus

Bene ✱ dic, Domine, hos novos fructus
N. et praesta, ut qui ex eis in tuo sancto
nomine vescentur, corporis et animae salu-
te potiantur. Per Christum Dominum no-
strum. R). Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio novae crucis

Y. Adjutoriam nostrum in nomine Do-
mini;

R). Qui fecit coelum et terram.

Y. Domine exaudi orationem meam.

R). Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oremus

Rogamus te, Domine sancte, Pater omni-
potens, aeternae Deus, ut digneris bene ✱
dicere hoc signum crucis tuae, ut sit reme-
dium salutare generi humano; sit soliditas
fidei, profectus honorum operum, redem-
ptio animarum; sit solamen, et protectio ac
tutela contra saeva jacula inimicorum. Per
Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Alia Oratio ad idem.

Bene ✱ dic, Domine Jesu Christe, hanc crucem tuam, per quam eripuisti mundum a potestate doemonum, et superasti passionem tuam suggestorem peccati, qui gaudebat in praevaricatione primi hominis per ligni vetiti sumptionem. *Hic aspergat aqua benedicta.* Sanctificetur hoc signum crucis in nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✱ sancti; ut orantes inclinantesque se propter Dominum ante istam crucem, inveniant corporis et animae sanitatem. Per Christum Dominum nostrum. Ky. Amen.

Postea Sacerdos genuflexus ante crucem devote adorat et osculatur, et idem faciunt quicumque voluerint.

Benedictio viae ferreae

Y. Adjutorium nostrum in nomine Domini;

R. Qui fecit coelum et terram.

Y. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oramus

Omnipotens sempiternae Deus, qui omnia

elementa ad tuam gloriam utilitatemque hominum condidisti, dignare, quaesumus, hanc viam ferream ejusque instrumenta bene * dicere, et benigna semper tua providentia tueri; et dum famuli tui velociter properant in via, in lege tua ambulantes, et viam mandatorum tuorum currentes, ad coelestem patriam feliciter pervenire valeant. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Oramus

Propitiare, Domine Deus, supplicationibus nostris, et bene * dic currus istos dextera tua sancta, adjunge ad ipsos sanctos Angelos tuos, ut omnes qui in eis vehentur, liberent et custodiant semper a periculis universis; et quaemadmodum viro aethiopi super currum suam sedenti, et sacra eloquia legenti per Apostolum tuum fidem et gratiam contulisti; ita famulis tuis viam salutis ostende, qui tua gratia adjuti, bonisque operibus jugiter intenti, post omnes viae et vitae hujus varietates, aeterna gaudia consequi mereantur. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Deinde aspergat omnia aqua benedicta.

Benedictio telegraphi

Clerus vel a proximiori ecclesia vel ab aliquo alio loco ad hoc parato procedat usque ad stationem telegraphi canendo vel recitando canticum: Benedictus Dominus Deus Israel, ubi Episcopus vel Sacerdos in aliqua ecclesiastica dignitate constitutus intonabit antiphonam sequentem:

Ant. Benedictus es, Domine, qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum, qui facis Angelos tuos spiritus, et ministros tuos ignem urentem.

Post eam psal. 103, Benedic, anima mea, Domino, ut in sabbato ad matutinum, ac repetita antiphona, incipiet in hunc modum benedictionem:

Y. Adjutorium nostrum in nomine Domini;

R. Qui fecit coelum et terram.

Y. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oramus

Concede nos famulos tuos, quaesumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis

sanitate gaudere, et gloriosa Beatae Mariae
semper Virginis intercessione, a praesenti
liberari tristitia et aeterna prefrui laetitia.
Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Oremus

Deus, qui ambulas super pennas vento-
rum, et facis mirabilia solus; concede, cum
per vim huic metallo inditam fulmineo ictu
celerius huc absentia, et hinc alio praesen-
tia transmittis, ita nos inventis novis edocti,
tua gratia opitulante, promptius et facilius
ad te venire valeamus. Per Christum Do-
minum nostrum. R). Amen.

*Deinde aspergit telegraphum aqua be-
nedicta.*

Benedictio pro re quacumque

V. Adjutorium nostrum in nomine Do-
mini;

R). Qui fecit coelum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oremus

Deus, cujus verbo sanctificantur omnia,

bene * dictionem tuam effunde super creaturam istam, (vel creaturas istas), et praesta, ut quisquis ea, (vel eis) secundum legem, et voluntatem tuam cum gratiarum actione usus fuerit, per invocationem Sanctissimi Nominis tui, corporis sanitatem, et animae tutelam, Te auctore, percipiat. Per Christum Dominum nostrum. Rj. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

Aliae omittuntur benedictiones, tum quia raro fiunt; tum quia non ab omnibus fieri debent, quibus si liceat in his casibus in Rituali Romano quaeri possunt.

Benedictio incensi pro infirmis

Y. Adjutorium nostrum in nomine....


Y. Domine, exaudi orationem.....

Y. Dominus vobiscum.....

Oramus

Tua, quaesumus, omnipotens sempiternae Deus, immensae Majestatis dextera hanc creaturam incensi bene * dicere et sancti * ficare digneris: ut in virtute sancti Nominis tui omnes immundorum spirituum phantasticos incursus effugare, omnesque morbos reddita sanitate expellere, ubicumque fumus ejus afflaverit, mirabiliter pos-

sit: atque tibi omnipotenti Deo odorem fragrantissimum perpetua suavitate reddere. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.



FORMULAE ABSOLUTIONIS

SEU

applicationis indulgentiae plenariae in articulo mortis confratribus diversarum religionum, congregationum, et consociationum

Absolutio seu applicatio indulgentiae plenariae confratribus ss. Rosarii (1).

Infirmus dicat ore vel corde Confiteor Deo, etc.

Sacerdos. Misereatur tui omnipotens Deus, et dimittat tibi omnia peccata tua, liberet te ab omni malo, salvet, et confirmet in omni opere bono, et perducatur te ad vitam aeternam. *Infirmus.* Amen.

Sacerdos. Indulgentiam, absolutionem, et remissionem omnium peccatorum tuorum

(1) Cujus indulgentiae participes sunt tertiarium, sive confratres sint, sive non. propter communicationem indulgentiarum concessam a Summis Pontificibus.

tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus. *Infirmus*. Amen.

Sacerdos. Dominus noster Jesus Christus, Filius Dei vivi, qui beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi; per suam piissimam misericordiam accipiat confessionem tuam, et remittat tibi omnia peccata, quaecumque, et quomodo-cumque in toto vitae decursu commisisti, de quibus corde contritus, et ore confessus es, restituens tibi stolam primam, quam in baptismo recepisti. Et per indulgentiam plenariam a Summis Pontificibus Innocentio VIII, et Pio V, confratribus sanctissimi Rosarii in articulo mortis constitutis concessam, liberet te a praesentis, ac futurae vitae poenis, dignetur purgatorii cruciatus remittere, portas inferni claudere, paradisi januam aperire, teque ad gaudia sempiterna perducere, per sacratissima suae vitae, passionis, et glorificationis mysteria sanctissimo Rosario comprehensa. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat, Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

**Absolutio et indulgentia a
Sixto IV concessa, applica-
bilis tertiariis ss. Rosarii**

*Infirmus dicat ore vel corde Confiteor
Deo, etc.*


Sacerdos. Misereatur tui, etc.

Dominus Noster Jesus Christus, Filius Dei
vivi, qui beato Petro Apostolo suo dedit po-
testatem ligandi atque solvendi, per suam
piissimam misericordiam te absolvat. Et au-
ctoritate ipsius, et beatorum Petri et Pauli,
et auctoritate apostolica mihi commissa, et
tibi concessa, ego absolvo te a vinculo ex-
communicationis majoris et minoris, sus-
pensionis et interdicti, si teneris, in quan-
tum ego possum: et restituo te sanctis Sa-
cramentis Ecclesiae, communioni et unita-
ti fidelium. In nomine Patris, et Filii, et
Spiritu sancti. Amen.

Item, eadem auctoritate mihi commissa,
et tibi concessa ab eadem Sede Apostolica,
ego absolvo te ab omnibus peccatis tuis,
quaecumque toto decursu vitae tuae quo-
modocumque commisisti, de quibus corde
contritus, et ore confessus es, et quorum
memoriam non habes, nec recordaris usque

in praesentem diem, et de quibus confiteri minime recordatus fuisti; et restituo te illi innocentiae, in qua eras, quando baptizatus fuisti, ac puritati eidem, in quantum claves sanctae Matris Ecclesiae se extendunt.

Remitto tibi etiam poenas purgatorii, quas propter culpas et offensas contra Deum, et proximum, et te ipsum commissas incurristi, si, de qua aegrotas infirmitate, decedas; si non, ex misericordia Dei, salva sit tibi donec fueris in mortis articulo constitutus. In nomine Patris, ✱ et Filii, et Spiritus sancti. Amen.



Impresas las anteriores fórmulas de absolucion ó aplicación de la indulgencia plenaria *in articulo mortis*, se recibió el decreto de S. S. el Papa Leon XIII, que abroga todas las fórmulas usadas hasta ahora. Por esta razon se retiraron todas las otras que estaban ya en máquina, y que son nulas como las precedentes relativas á los cofrades y terciarios del SS. Rosario, colocando en su lugar lo siguiente, tomado del

SUPPLEMENTUM

AD

BENEDICTIONALE ROMANUM

Breve Ss. D. N. Leonis PP. XIII. Quo universi d. d. 7. Julii 1882 circa absolutionis tum generalis, tum in articulo mortis, tum Papalis benedictionis formulas sequentia decrevit:

I. Pro Absolutione in articulo mortis retineatur in omnibus formula praescripta in Constitutione sanctae memoriae Benedicti Papae XIV, *Pia Mater* (1), addito tantum ad *Confiteor* nomine Sancti proprii **Fundatoris.**

(1) Vide pág. 120 hujus parv. cod.

II. **Benedictio Summi Pontificis** nonine impertienda detur cum formula approbata in Constitutione ejusdem sa. mc. Benedicti Papae XIV, *Exemplis Praedecessorum*, sed non nisi bis in anno, et sub conditione quod haec Benedictio numquam detur eodem die et in eodem loco, ubi Episcopus eam impertiat.

Haec formula est sequens:

Postquam statutis die et hora populus ad Ecclesiam convenerit, alta voce legantur Apostolicae Litterae, seu Decreta, quibus Indulgentia conceditur, una cum potestate Benedictionem Apostolicam super populum effundendi, ut de delegatione audientibus constet; et concessio ex Latino sermone in vulgarem accommodatum ad pupuli intelligentiam conversa pronuntietur: populus ad suorum scelerum detestationem pio brevique sermone excitetur: post quae Sacerdos, nullis circumadstantibus ministris, stola et superpelliceo indutus (ut in Rituali Romano praescribitur, cum agitur de Benedictionibus, quae extra Missam Presbyteris permittuntur) ante Altare genuflexus, sequentibus verbis Dei opem imploret.

Y. Adjutorium nostrum in nomine Domini;

R. Qui fecit coelum et terram.

Y. Salvum fac populum tuum, Domine,

R. Et benedic haereditati tuae.

Y. Dominus vobiscum,

R. Et cum spiritu tuo.

Deinde stans, sequentem recitat Orationem.

Oremus

Omnipotens, et misericors Deus, da nobis auxilium de sancto, et vota populi hujus in humilitate cordis veniam peccatorum poscentis, tuamque benedictionem praestolantis, et gratiam, clementer exaudi; dexteram tuam super eum benignus extende, ac plenitudinem divinae benedictionis effunde: qua bonis omnibus cumulatus, felicitatem et vitam consequatur aeternam. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Postquam ad cornu Epistolae accedat, et stans in cornu Epistolae, non trina, hoc est triplici signo Crucis, sed una Benedictione, unico videlicet signo Crucis, benedicat, proferens alta voce haec verba:

Benedicat vos omnipotens Deus Pater, *
et Filius, et Spiritus sanctus.

R). Amen.

III. In Absolutione generali pro Regularibus cujuscumque Ordinis, atque in benedictione cum indulgentia plenaria pro Tertiariis Saecularibus adhibeantur omnino duae insequentis formulae a Rmo. Assessore ipsius Sacrae Congregationis propositae atque ab eadem approbatae, abrogatis penitus et suppressis quibuscumque aliis formulis hucusque usitatis, videlicet.

I. Formula Absolutionis Generalis pro Regularibus cujuscumque Ordinis hoc privilegio fruentibus

Antiph. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Kyrie, eleison; Christe, eleison; Kyrie, eleison. Pater noster, *etc.*

Y. Et ne nos inducas in tentationem;

R). Sed libera nos a malo.

Y. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam,

R). Et salutare tuum da nobis.

Y. Domine, exaudi orationem meam,

R). Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum,

R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram, ut nos, et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quaesumus Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus exuas et a poenis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Completis precibus, ab uno ex adstantibus dicitur Confiteor, addito nomine proprii Fundatoris.

Deinde Sacerdos dicit:

Misereatur vestri etc. Indulgentiam, absolutionem etc.

Postea subjungit:

Dominus noster Jesus Christus per merita suae sacratissimae passionis vos absolvat et gratiam suam vobis infundat. Et ego auctoritate ipsius, et beatorum Apostolorum Petri et Pauli et Summorum Pontificum Ordini nostro ac vobis concessa, et mihi in hac parte commissa, absolvo vos ab omni vinculo excommunicationis majoris, vel minoris, suspensionis et interdicti, si quod forte incurristis, et restituo vos unio- ni et participationi fidelium, necnon sacro- sanctis Ecclesiae Sacramentis. Item ea- dem auctoritate absolvo vos ab omni trans- gressione votorum et regulae, constitu- tionum, ordinationum et admonitionum majorum nostrorum, ab omnibus poeniten- tiis oblitis, seu etiam neglectis, concedens vobis remissionem et indulgentiam omnium peccatorum, quibus contra Deum et proxi- mum fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquistis, ac de quibus jam confes- si estis: In nomine Patris * et Filii et Spi- ritus sancti. Amen.

**III. Formula Benedictionis cum
indulgentia plenaria pro Ter-
tariis Saecularibus, ceteris-
que omnibus communicationem
privilegiorum et gratiarum
cum iisdem, vel cum Regula-
ribus cujuscumque Ordinis ha-
bentibus**

Antiph. Intret oratio mea in conspectu
tuo, Domine; inclina aurem tuam ad pre-
ces nostras; parce, Domine, parce populo
tuo, quem redemisti Sanguine tuo pretioso,
ne in aeternum irascaris nobis.

Kyrie, eleison; Christe, eleison; Kyrie,
eleison. Pater noster etc.

Y. Et ne nos inducas in tentationem,

Rj. Sed libera nos a malo.

Y. Salvos fac servos tuos,

Rj. Deus meus sperantes in te.

Y. Mitte eis, Domine, auxilium de Sancto,

Rj. Et de Sion tuere eos.

Y. Esto eis, Domine, turris fortitudinis,

Rj. A facie inimici.

Y. Nihil proficiat inimicus in nobis,

Rj. Et filius iniquitatis non apponat nocere
nobis.

Y. Domine, exaudi orationem meam,

R). Et clamor meus ad te veniat.
V). Dominus vobiscum,
R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Deus, cui proprium est,... Exaudi, quae-
sumus,... Ineffabilem nobis,... *et* Deus, qui
culpa offenderis,... *ut supra*, pag. 246.

*Dicto deinde Confiteor etc., Misereatur
etc., Indulgentiam etc., Sacerdos prose-
quitur:*

Dominus noster Jesus Christus, qui bea-
to Petro Apostolo dedit potestatem ligan-
di atque solvendi, ille vos absolvat ab omni
vinculo delictorum, ut habeatis vitam ae-
ternam et vivatis in saecula saeculorum.
Amen.

Per sacratissimam passionem et mortem
Domini nostri Jesu Christi, precibus et me-
ritis beatissimae semper Virginis Mariae,
beatorum Apostolorum Petri et Pauli, bea-
ti Patris nostri N. et omnium Sanctorum,
auctoritate a Summis Pontificibus mihi
commissa, plenariam indulgentiam omnium
peccatorum vestrorum vobis impertior. In
nomine Patris ✱ et Filii et Spiritus sancti.
Amen.

Si haec indulgentia immediate post sacramentalem absolutionem impertiatur, reliquis omissis, Sacerdos absolute incipiat a verbis: Dominus Noster Jesus Christus etc. et ita prosequatur usque ad finem, plurali tantum numero in singularem immutato.



DE PROCESSIONIBUS



De processione in die festo Purificationis B. M. semper Virginis

Completa benedictione, et distributione candelarum, ut in Missali romano, fit processio. Et primo Celebrans imponit incensum in thuribulum; deinde diaconus vertens se ad populum, dicit Procedamus in pace, et chorus respondet In nomine Christi, Amen.

Praecedit thuriferarius cum thuribulo fumigante; deinde subdiaconus paratus deferens crucem, medius inter duos acolythos cum candelabris, et candelis accensis; sequitur clerus per ordinem; ultimo Celebrans cum diacono a sinistris:

omnes cum candelis accensis in manibus; et cantantur Antiphonae sequentes

Ant. Adorna thalamum tuum, Sion, et suscipe Regem Christum: amplectere Mariam, quae est coelestis porta: ipsa enim portat Regem gloriae novi luminis: subsistit virgo, adducens manibus filium ante luciferum genitum: quem accipiens Simeon in ulnas suas, praedicavit populis Dominum eum esse vitae et mortis, et Salvatorem mundi.

Alia Ant. Luc. 2. Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini: et cum inducerent puerum in templum, accepit eum in ulnas suas, et benedixit Deum, et dixit: Nunc dimittis servum tuum, Domine, in pace.

ÿ. Cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, ipse accepit eum in ulnas suas.

Et ingrediendo ecclesiam cantatur

R̄. Obtulerunt pro eo Domino par turturum, aut duos pullos columbarum: * Sicut scriptum est in lege Domini.

Y. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariae secundum legem Moysi, tulerunt Jesum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino. Sicut scriptum... Y. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut scriptum.....

Finita processione, Celebrans et ministri, depositis violaceis, accipiunt paramenta alba pro Missa, et candelae tenentur in manibus accensae, dum legitur Evangelium, et iterum ad elevationem Sacramenti usque ad communionem.

De processione in die palmarum

In Dominica palmarum, facta benedictione, et distributione palmarum, seu olivarum, post ultimam Orationem Omnipotens sempiterne Deus... fit processio, ac primum Celebrans imponit incensum in thuribulum; deinde diaconus, vertens se ad populum dicit Procedamus in pace, et chorus respondet in nomine Christi, Amen.

Praecedit thuriferarius cum thuribulo fumigante; deinde subdiaconus paratus deferens crucem, medius inter duos acolythos cum candelabris, et candelis accensis; sequitur clerus per

ordinem; ultimo Celebrans cum diacono a sinistris; omnes cum ramis in manibus, et cantantur sequentes Antiphonae, vel omnes, vel aliquae, quousque durat processio.

Ant. Matth. 21. Cum appropinquaret Dominus Jerosolymam, misit duos ex discipulis suis, dicens: Ite in castellum, quod contra vos est, et invenietis pullum asinae alligatum, super quem nullus hominum sedit: solvite et adducite mihi. Si quis vos interrogaverit, dicite: Opus Domino est. Solventes adduxerunt ad Jesum: et imposuerunt illi vestimenta sua, et sedit super eum: alii expandebant vestimenta sua in via: alii ramos de arboribus sternebant: et qui sequebantur, clamabant: Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini: benedictum regnum patris nostri David: Hosanna in excelsis: miserere nobis, fili David.

Alia Ant. Cum audisset populus, quia Jesus venit Jerosolymam, acceperunt ramos palmarum, et exierunt ei obviam, et clamabant pueri, dicentes: Hic est qui venturus est in salutem populi: Hic est salus nostra et redemptio Israel. Quantus est iste, cui Throni et Dominationes occurrunt? Noli timere, filia Sion: Ecce Rex tuus venit tibi,

sedens super pullum asinae, sicut scriptum est. Salve, Rex, fabricator mundi, qui venisti redimere nos.

Alia Ant. Ante sex dies solemnis Paschae, quando venit Dominus in civitatem Jerusalem, occurrerunt ei pueri; et in manibus portabant ramos palmarum, et clamabant voce magna, dicentes: Hosanna in excelsis: benedictus qui venisti in multitudine misericordiae tuae: Hosanna in excelsis.

Alia Ant. Occurrunt turbae cum floribus et palmis Redemptori obviam: et victori triumphanti digna dant obsequia: Filium Dei ore gentes praedicant, et in laudem Christi voces tonant per nubila: Hosanna in excelsis.

Alia Ant. Cum Angelis et pueris fideles inveniamur, triumphatori mortis clamantes: Hosanna in excelsis.

Ant. Turba multa, quae convenerat ad diem festum, clamabat Domino: Benedictus, qui venit in nomine Domini: Hosanna in excelsis.

In reversione processionis, duo vel quatuor cantores intrant in ecclesiam, et clauso ostio, stantes versa facie ad processionem, incipiunt

Y. Gloria, laus... *et decantant duos primos versus. Sacerdos vero cum aliis extra ecclesiam repetit eosdem. Deinde qui sunt intus, cantant versus sequentes, vel omnes vel partem, prout cantori videbitur: et qui sunt extra, ad quoslibet duos versus respondent Gloria, laus... sicut a principio.*

Y. Gloria, laus et honor tibi sit, Rex Christe Redemptor:

Cui puerile decus prompsit Hosanna pium.

R). Gloria, laus...

Y. Israel es tu Rex, Davidis et inelyta proles:

Nomine qui in Domini, Rex benedecte, venis.

R). Gloria, laus...

Y. Coetus in excelsis te laudat coelicus omnis,

Et mortalis homo et cuncta creata simul.

R). Gloria, laus...

Y. Plebs hebraea tibi cum palmis obvia venit:

Cum prece, voto, hymnis adsumus ecce tibi.

R). Gloria, laus...

Y. Hi tibi passuro solvebant munia laudis:

Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.

R). Gloria, laus...

Y. Hi placuere tibi, placeat devotio nostra:

Rex bone, Rex clemens, cui bona cuncta
placent.

R). Gloria, laus...

*Postea subdiaconus hastili crucis percutit
portam, qua statim aperta, processio intrat ec-
clesiam, cantando Responsorium*

R). Ingrediente Domino in sanctam civita-
tem, hebraeorum pueri resurrectionem vitae
pronuntiantes, * Cum ramis palmarum: Ho-
sanna clamabant, in excelsis. Y. Cum audis-
set populus, quod Jesus veniret Jerosoly-
mam, exierunt obviam ei. * Cum ramis...

*Et non dicitur Gloria Patri... Deinde di-
citur Missa, et rami tenentur in manibus,
dum cantatur Passio et Evangelium tantum.*

**Ordo servandus in litaniarum
majorum processione, quae die
festo sancti Marci celebratur**

*Clerus, et populus hora statuta mane in ec-
clesia congregati, omnes contrito et humili cor-
de Deum flexis genibus paulisper precentur. Sa-
cerdos pluviali cum ministris, vel saltem super-
pelliceo et stola violacei coloris sit indutus, cu-
jus coloris habitu in reliquis processionibus
semper utatur, praeterquam in processionibus
Corporis Christi, et quae fiunt solemnibus die-*

bus, vel in gratiarum actionem; quibus diebus utitur colore propriae solemnitati congruenti. Caeteri vero Sacerdotes et clerici superpelliceis induti sequentem Antiphonam stantes concinant

Ant. Exurge, Domine, adjuva nos, et libera nos propter nomen tuum.

Y. Deus, auribus nostris audivimus: patres nostri annuntiaverunt nobis.

Y. Gloria Patri...

Repetitur Ant. Exurge... Deinde genuflectant omnes, et duo clerici ante altare majus genuflexi devote Litanias cantare incipiant, caeteris eadem voce respondentibus. Cum autem cantatum erit Sancta Maria, ora pro nobis surgunt omnes, et ordinatim procedunt, egredientes, Litaniasque prosequentes, praecedente cruce, et sequente clero, ultimo loco Sacerdos paratus, ut supra dictum est, cum ministris, prout res, vel locus postulat, sacris vestibis indutis.

Si processio sit longior, vel repetantur Litaniae, vel, Litanis absolutis usque ad preces exclusive, dicantur aliqui Psalmi ex poenitentialibus, seu gradualibus. Hymni vero, vel cantica laetitiae in iis, vel in Rogationibus, aut aliis, poenitentiae causa, institutis processionibus non dicantur.

Si ad unam, vel plures ecclesias in via sit divertendum, ingressis ecclesiam, intermissisque Litanis, vel Psalmis, cantatur Antiphona cum versu, et Oratione sancti Patroni illius ecclesiae. Deinde egredientes, resumtis precibus, eodem ordine procedunt usque ad ecclesiam, ubi cum precibus, et Orationibus omnibus processio terminatur, ut in pag. 86 usque ad 94.

In Litanis minoribus Rogationum servantur omnia, ut supra in Litanis majoribus.

De processione in festo Sanctissimi Corporis Christi

Peracto Missae sacrificio, et processione jam inchoata ordine, quo jam supra dictum est in Litanis majoribus, Sacerdos pluviali albo indutus ter incenset Sacramentum genuflexus.

Deinde diaconus oblongum ac decens velum circumponit scapulis Sacerdotis, qui parte veli ante pectus pendente utraque manu cooperta, ostensorium, seu tabernaculum a diacono sibi porrectum reveren-

ter suscipit in supremo altaris gradu, mox ad altare ascendit, et Sacramentum ante faciem tenens vertit se ad populum, inde descendit sub umbellam comitantibus ministris, et duo acolythi vel clerici cum thuribulis effumantibus praecedunt.

Omnes procedunt nudo capite, accensos cereos gestantes, et sequentes Hymnos pro longitudine processionis devote concinentes. Dum vero Sacerdos discedit ab altari, clerus vel Sacerdos cantare incipit sequentem Hymnum

Pange, lingua, gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generosi
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo conversatus,
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.

In supremæ nocte coenæ
Recumbens cum fratribus,
Observata lege plene

Cibus in legalibus,
Cibum turbae duodenae
Sed dat suis manibus.
Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit,
Fitque Sanguis Christi merum:
Et si sensus deficit,
Ad firmandum cor sincerum
Sola fides sufficit.
Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui;
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Praestet fides supplementum
Sensuum defectui.
Genitori, Genitoque
Laus et jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedictio;
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.

HYMNUS

Sacris solemnibus juncta sint gaudia,
Et ex praecordiis sonent praeconia:
Recedant vetera, nova sint omnia,
Corda, voces, et opera.

Noctis recolitur coena novissima,
Qua Christus creditur agnum et azyma
Dedisse fratribus juxta legitima
Priscis indulta patribus.
Post agnum typicum, expletis epulis,
Corpus Dominicum datum discipulis,
Sic totum omnibus, quod totum singulis,
Ejus fatemur manibus.
Dedit fragilibus Corporis ferculum,
Dedit et tristibus Sanguinis poculum,
Dicens: Accipite quod trado vasculum,
Omnes ex eo bibite.
Sic sacrificium istud instituit,
Cujus officium committi voluit
Solis presbyteris, quibus sic congruit,
Ut sumant, et dent caeteris.
Panis Angelicus fit panis hominum:
Dat panis coelicus figuris terminum:
O res mirabilis! manducat Dominum
Pauper, servus, et humilis.
Te, trina Deitas unaque, poscimus,
Sic nos tu visita, sicut te colimus:
Per tuas semitas duc nos quo tendimus,
Ad lucem, quam inhabitas. Amen.

HYMNUS

Verbum supernum prodiens,
Nec Patris linquens dexteram,

Ad opus suum exiens,
Venit ad vitae vesperam.
In mortem a discipulo
Suis tradendus aemulis,
Prius in vitae ferculo
Se tradidit discipulis.
Quibus sub bina specie
Carnem dedit et Sanguinem;
Ut duplicis substantiae
Totum cibaret hominem.
Se nascens dedit socium,
Convalescens in edulium;
Se moriens in pretium,
Se regnans dat in praemium.
¡O salutaris Hostia!
Quae coeli pandis ostium:
Bella premunt hostilia,
Da robur, fer auxilium.
Uni trinoque Domino
Sit sempiterna gloria:
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria. Amen.

HYMNUS

Salutis humanae sator,
Jesu, voluptas cordium,
Orbis redempti conditor,

Et casta lux amantium:
Qua victus est clementia,
Ut nostra ferres crimina;
Mortem subires innocens,
A morte nos ut tolleres?
Perrumpis infernum chaos,
Vinctis catenas detrahis,
Victor triumpho nobili
Ad dexteram Patris sedes.
Te cogat indulgentia,
Ut damna nostra sarcias,
Tuique vultus compotes
Dites beato lumine.
Tu dux ad astra, et semita,
Sis meta nostris cordibus,
Sis lacrymarum gaudium,
Sis dulce vitæ præmium. Amen.

HYMNUS

Æterne Rex altissime,
Redemptor et fidelium;
Cui mors perempta detulit
Summæ triumphum gloriæ:
Ascendis orbis syderum,
Quo te vocabat coelitus
Collata non humanitus
Rerum potestas omnium;

Ut trina rerum machina,
Coelestium, terrestrium,
Et inferorum condita,
Flectat genu jam subdita.

Tremunt videntes Angeli
Versam vicem mortalium:
Peccat caro, mundat caro;
Regnat Deus, Dei caro.

Sis ipse nostrum gaudium,
Manens olympto praemium;
Mundi regis qui fabricam,
Mundana vincens gaudia.

Hinc te precantes, quaesumus,
Ignosce culpis omnibus,
Et corda sursum subleva
Ad te superna gratia.

Ut, cum repente coeperis
Clarere nube Judicis,
Poenas repellas debitas,
Reddas coronas perditas.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui victor in coelum redis,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempiterna saecula. Ameen.

HYMNUS SS. AMBROSII ET AUGUSTINI

Te, Deum, laudamus, * te, Dominum, con-
fitemur.

Te, aeternum Patrem, * omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli; * tibi coeli, et universae potestates:

Tibi Cherubim et Seraphim * incessabili voce proclamant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus, * Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt coeli et terra * majestatis gloriae tuae.

Te gloriosus * Apostolorum chorus,
Te Prophetarum * laudabilis numerus,
Te Martyrum candidatus * laudat exercitus.

Te per orbem terrarum * sancta confitetur Ecclesia.

Patrem * immensae majestatis,
Venerandum tuum verum * et unicum
Filium,

Sanctum quoque * Paraclitum Spiritum.
Tu, Rex * gloriae, Christe.

Tu, Patris * sempiternus es Filius.
Tu, ad liberandum suscepturus hominem *
non horruisti Virginis uterum.

Tu, devicto mortis aculeo, * aperuisti
credentibus regna coelorum.

Tu, ad dexteram Dei sedes * in gloria
Patris.

Judex crederis * esse venturus.

Te ergo, quaesumus, tuis famulis subveni, * quos pretioso sanguine redemisti.

AETerna fac cum sanctis tuis * in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum, Domine, * et benedic haereditati tuae;

Et rege eos, * et extolle illos usque in aeternum.

Per singulos dies * benedicimus te,

Et laudamus nomen tuum in saeculum, * et in saeculum saeculi.

Dignare, Domine, die isto * sine peccato nos custodire.

Miserere nostri, Domine; * miserere nostri.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, * quemadmodum speravimus in te.

In te, Domine, speravi, * non confundar in aeternum.

CANTICUM ZACHARIAE

Benedictus Dominus Deus Israel, * quia visitavit, et fecit redemptionem... pag. 184.

CANTICUM B. MARIAE VIRGINIS. *Luc. I.*

Magnificat * anima mea Dominum;

Et exultavit spiritus meus * in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillae suae: *
ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est; *
et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a progenie in progenies * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: * dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, * et exaltavit humiles.

Exurientes implevit bonis, * et divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, * recordatus misericordiae suae;

Sicut locutus est ad patres nostros, * Abraham et semini ejus in saecula.

Peracta processione, et Sanctissimo Sacramento ad ecclesiam reportato, et super altare deposito, omnes ecclesiastici, qui adsunt, hinc inde ordine genuflexi illud reverenter adorantes, dum Sacerdos de more incensat, sequentem Hymni partem concinant (1).

(1) Idem observatur in stationibus, in quibus etiam Diaconus, his finitis, tradit Sacerdoti ostensorium ut dictum est pag. 258.

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui;
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Praestet fides supplementum
Sensuum defectui.

Genitori, Genitoque
Laus et jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedictio;
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.

Postea duo clerici dicant

Y. Panem de coelo praestitisti eis,

Rj. Omne delectamentum in se habentem. *Tempore paschali, et Octavae Corporis Christi additur Alleluia.*

Deinde Sacerdos stans dicit

Oramus

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili
passionis tuae memoriam reliquisti: tribue,
quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis
tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis
tuae fructum in nobis jugiter sentiamus.
Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. *Rj.* Amen.

Tunc Sacerdos, facta genuflexione, cum Sacramento semel benedical populum in modum crucis, nihil dicens: postea illud reverenter reponat.

Hic autem modus benedicenti servatur etiam in aliis processionibus faciendis cum Sanctissimo Sacramento.

De processione ad petendam pluviam

Aguntur omnia ut supra in Litaniis majoribus usque ad finem Litaniarum, in quarum precibus bis dicitur Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris, te rogamus, audi nos. In fine postea dicitur Pater noster... secreto.

Y. Et ne nos inducas in tentationem;

R). Sed libera nos a malo.

PSALMUS 146

Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit jucunda, deco-
raque laudatio.

AEdificans Jerusalem Dominus, * disper-
siones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde, * et alligat
contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum, *
et omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus; * et sapientiae ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus: * humilians autem peccatores usque ad terram.

Praecinite Domino in confessione; * psallite Deo nostro in cithara:

Qui operit coelum nubibus, * et parat terrae pluviam:

Qui producit in montibus foenum, * et herbam servituti hominum:

Qui dat jumentis escam ipsorum, * et pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit; * nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum; * et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Gloria Patri... Sicut erat...

Quo finito, dicuntur preces.

Y. Operi, Domine, coelum nubibus;

R). Et para terrae pluviam:

Y. Ut producat in montibus foenum,

R). Et herbam servituti hominum.

Y. Riga montes de superioribus tuis;
R). Et de fructu operum tuorum satia-
bitur terra.

Y. Domine, exaudi orationem meam,

R). Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum,

R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Deus, in quo vivimus, movemur, et sumus: pluviam nobis tribue congruentem, ut praesentibus auxiliis sufficienter adjuti sempiterna fiducialius appetamus.

Oratio

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra adversa omnia tua semper protectione muniamur.

Oratio

Da nobis, quaesumus, Domine, pluviam salutarem, et aridam terrae faciem fluentis coelestibus dignanter infunde. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum...

Y. Dominus vobiscum,

R). Et cum spiritu tuo.

Y. Benedicamus Domino.

R). Deo gratias.

Y. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus.

R). Amen.

Y. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

R). Amen.

Processio ad postulandam serenitatem

Omnia fiant ut supra in Litanis majoribus, et in Litaniarum precibus bis dicatur
Ut fidelibus tuis aeris serenitatem concedere digneris, te rogamus, audi nos. *Ad finem obsecrationum dicitur Pater noster...*

Y. Et ne nos inducas in tentationem,

R). Sed libera nos a malo.

PSALMUS 66

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: * illumet vultum suum super nos, et misereatur nostri:

Ut cognoscamus in terra viam tuam; * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi, Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Laetentur et exultent gentes, * quoniam

judicas populos in aequitate, et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi, Deus: confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster; benedicat nos Deus: * et metuant eum omnes fines terrae.

Gloria Patri... Sicut erat...

Y. Adduxisti, Domine, spiritum tuum super terram;

R). Et prohibita sunt pluviae de coelo.

Y. Cum obduxero nubibus coelum,

R). Apparebit arcus meus, et recordabor foederis mei.

Y. Illustra faciem tuam, Domine, super servos tuos:

R). Et benedic sperantes in te.

Y. Domine, exaudi orationem meam;

R). Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum,

R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice; et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

Oratio

Ad te nos, Domine, clamantes exaudi: et aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus; ut qui juste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua praeveniente, clementiam sentiamus.

Oratio

Quaesumus, omnipotens Deus, clementiam tuam; ut inundantiam coerceas imbrium, et hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per Dominum nostrum...

Processio tempore mortalitatis et pestis

Fiat ut supra in Litanis majoribus, et in Litaniarum precibus dicatur bis A peste et fame, libera nos, Domine, *et infra suo loco* Ut a pestilentiae flagello nos liberare digneris... *In fine Litaniarum dicitur* Pater noster...

Et ne nos inducas...

PSALMUS 6

Domine, ne in furore tuo... pag. 75.

℣. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis;

℞. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Ÿ. Adjuva nos, Deus salutaris noster:

R). Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.

Ÿ. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.

R). Cito anticipent nos misericordiae tuae, quia pauperes facti sumus nimis.

Ÿ. Ora pro nobis, sancte Sebastiane;

R). Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ÿ. Domine, exaudi orationem meam;

R). Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Exaudi nos, Deus salutaris noster, et intercedente beata et gloriosa Dei genitrice Maria semper virgine, et beato Sebastiano Martyre tuo, et omnibus Sanctis, populum tuum ab iracundiae tuae terroribus libera, et misericordiae tuae fac largitate securum.

Oratio

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, et animarum, et corporum medere languoribus, ut remissione percepta, in tua semper benedictione laetemur.

Oratio

Da nobis quaesumus, Domine, piae petitionis effectum; et pestilentiam, mortalitatemque propitiatus averte, ut mortalium corda cognoscant et, te indignante, talia flagella prodire, et, te miserante, cessare. Per Dominum...

Ordo servandus in processio- nibus generalibus, quae fiunt pro defunctis

Quando fit commemoratio generalis pro defunctis in die commemorationis omnium defunctorum fidelium, et in feria secunda cujuscumque hebdomadae extra tempus paschale, et in primo die cujuscumque mensis, ut habetur in Breviario; dicta Missa pro defunctis, ut in Missali, fit processio pro ipsis, hoc ordine: praecedit acolythus cum vase aquae benedictae, aspergens ecclesiam, ubi sunt sepulturae; sequitur subdiaconus cum cruce, medius inter duos ceroferarios cum candelabris, et cereis accensis: deinde clerus per ordinem: postea diaconus cum libro ante pectus: ultimo Celebrans cum pluviali nigro. Interim cantantur responsoria sequentia, omnia, aut tria, aut duo, pro opportunitate temporis, ita ut ultimo loco can-

tetur responsorium Libera me, Domine... cum suis versibus et oratione, ut infra.

In prima statione R). Credo quod Redemptor... pag. 157. cum Y. Requiem aeternam... Dicto Kyrie, eleison... Sacerdos dicit alta voce Pater noster... Et recipiens de manu diaconi aspersorium, aspergit locum, qui est ante ipsum. Deinde diacono tenente librum apertum, dicit YY. Et ne nos... A porta inferi... Requiescant... Domine, exaudi... Dominus vobiscum...

Oratio

Deus, qui inter apostolicos Sacerdotes, famulos tuos pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: praesta, quaesumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Christum Dominum nostrum.

In secunda statione R). Qui Lazarum resuscitasti... pag. 158. Kyrie, eleison... Pater noster... cum YY. solitis.

Oratio

Deus, veniae largitor, et humanae salutis amator, quaesumus clementiam tuam, ut nostrae congregationis fratres, propinquos et benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad per-

petuae beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum.

In tertia statione R). Domine, quando veneris... pag. 153. Kyrie, eleison... Pater noster... cum VV. solitis.

Oratio

Deus, qui nos patrem et matrem honorare praecepisti, miserere clementer animabus patris ac matris meae, eorumque peccata dimitte; meque eos in aeternae claritatis gaudio fac videre. Per Christum Dominum nostrum.

In quarta statione R). Memento mei, Deus... pag. 171. Kyrie, eleison... Pater noster... cum suis VV. solitis.

Oratio

Absolve, quaesumus, Domine, animas famulorum famularumque tuarum ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter sanctos et electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum.

Hic dicantur caetera responsoria, si quae dicenda sunt. Si itur ad coemeterium, dicatur R). quod occurrit suo ordine.

Oratio

Deus, cujus miseratione animae fidelium requiescunt, famulis et famulabus tuis omnibus hic et ubique quiescentibus, da propitius veniam peccatorum; ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine laetentur. Per Christum Dominum nostrum.

In ultima statione R. Libera me, Domine, de viis inferni, qui portas aereas confregisti, et visitasti infernum, et dedisti ei lumen, ut viderent te, * Qui erant in poenis tenebrarum, *Y.* Clamantes et dicentes: Advenisti, Redemptor noster. * Qui erant... *Y.* Requiem aeternam dona eis, Domine; et lux perpetua luceat eis. * Qui erant... *cum YY. solitis.*

Oratio

Fidelium, Deus, omnium conditor et redemptor,... pag. 173.

Et dicto Requiem aeternam... et Y. Requiescant in pace... revertuntur eodem ordine ad sacristiam. In ista statione dicitur in die commemorationis omnium defunctorum R. Libera me, Domine, de morte... pag. 165. *cum suis versibus et oratione Fideliam...*

RUBRICAE PRAE OCULIS HABENDAE,
NECNON QUAE LIBET ALIA SCITU NECESSARIA,
EX DECRETIS S. R. C. EXCERPTAE.

De Missis votivis

Missa votiva dicitur, quae non est de die, seu quae non correspondit officio: duplici modo considerari potest, aut celebratur solemniter, aut private. Solemniter dicitur cum pro re gravi, aut publica Ecclesiae causa celebratur: res gravis intelligitur quando ab Episcopo et universo clero solemniter celebratur cum interventu magistratus et populi (*D. 19 Maii 1607*), quae quidem non habet locum in dup. 1. classis, nec in Dom. I. Adv., I. Quadrag., Passionis, Palmarum, et in Albis, necnon feria 4. Cinerum, majori hebdom., nec in vigiliis Pentecostes, et Nativitatis (*D. 17 Mart. 1779*). Missa votiva sollemnis unica tantum oratione donatur, nisi sit pro gratiarum actione; tunc additur sub una conclusione oratio *Deus cujus misericordiae*. Dicitur *Gloria*, et *Credo*, nisi celebretur in paramentis violaceis: tunc non dicuntur, dummodo non sit in Dom., quia in hoc casu dicitur *Credo*,

non vero *Gloria*. Praefatio erit propria si habuerit; alioquin de tempore, vel de communi.

Missa privata dicitur, quae ex minori, et privata sed semper rationabili causa celebratur; non habet locum in festis duplici, etiam translatis, ne etiam in Dom., feria 4. Cinerum, majori hebdom. nec infra octavas Epiphaniae., Pasch., Pent., Corporis Christi, et Nativitatis Domini, nec etiam in vig. Epiphaniae, Pentec., et Nativit. Domini (*S. R. C. in pluribus decretis*). In Missa votiva privata dicuntur tres orationes, prima de Missa, secunda de officio diei, tertia quae dicenda foret 2.^o loco in Missa de officio. Si vero Missa fuerit de B. M. V. 3.^a oratio erit de Spiritu sancto: et in Sabbato, quando de ea factum est officium, 2.^a erit de Spiritu sancto, 3.^a Ecclesiae vel pro Papa. Denique in Missa de Apostolis, quando pro 3.^a oratione ponitur oratio *A Cunctis*, ejus loco dicitur oratio B. V. *Concede nos...* In quocumque casu, si adsit commemoratio simplicis, ponitur loco III. orationis. In Missa votiva privata non dicitur *Gloria*, nisi sit de Angelis, vel de B. M. in Sabbato. *Credo* semper omittitur, Praefatio erit propria, si habuerit, alioquin de

tempore vel de communi. Notandum est quod de mysteriis D. N. J. C. et B. M. V., necnon de Beatificatis tantum, non possunt dici Missae votivae: ideoque Sacerdos curare debet non nisi Missas votivas in missali romano designatas celebrare.

Missa pro sponso et sponsa habet locum in dup. sive min. sive maj., non tamen in Dom. et festis de praecepto: in ea semper omittitur *Gloria* et *Credo*. Cum vero non dicitur ratione diei, addenda est commemoratio pro sponso et sponsa, etiam in duplicibus I classis (*D. 20 Aprilis 1822*).

Sacerdos recitans officium duplex non potest celebrare Missam votivam in ecclesiis ubi recitatur de semiduplici (*D. 7. Sept. 1816*).

Quaelibet decreta scitu digna

1. Sacerdotes debent se uniformare quoad colorem ecclesiae in qua celebrant, et possunt apponere commemorationem octavae quae in illa occurrit (*D. 11 Junii 1701*).

2. Celebrans in ecclesia in qua peragitur festum cum solemnitate et concursu populi debet se conformare ritui ejusdem ecclesiae: in aliis vero diebus potest se con-

formare. Quando in ecclesia agitur de simplici aut semiduplici tunc non tenetur se conformare, neque quoad colorem (*D. 7 Maii 1746*).

3. Sacerdos recitans de Beato, et celebrans in ecclesia ubi fit de Sancto, non potest dicere Missam de Beato, sed tenetur se conformare ecclesiae (*D. 7 Sept. 1816*).

4. Quilibet Sacerdos potest addere nomen S. Joseph Sponsi B. M. V. in oratione *A cunctis*, et ante nomina SS. App. Petri et Pauli (*D. 15 Sept. 1815*).

5. In qualibet ecclesia nominandus est in oratione *A cunctis* patronus seu titularis ejusdem (*D. 26 Jan. 1793*).

6. Sacerdos in Missa privata unico genu debet flectere ad verba *Et incarnatus est* (*D. 22 Aug. 1818*).

7. In Missa cantata sine Diacono et Subdiacono non est thurificandus altare nec chorus. (*In iteratis dec.*)

8. Subdiaconus sustinens patenam non debet genuflectere quando Celebrans post offertorium thurificat SS. Sacram. (*D. 11 Febr. 1764*).

9. Non licet in fimbriis et manicis albarum apponere fundum rubrum sub velo transparenti (*D. 17 Aug. 1833*).

10. Reliquiae Sanctorum non sunt deferendae in processionibus sub baldachino (pallio) (*D. 23 Mart. 1685*). Sicut etiam nec imago B. M. V. (*D. 18 Dec. 1785*). Nec etiam licet deferre statuam vel reliquiam Patroni sub umbella, non obstante vetustissima consuetudine (*D. 16 Mart. 1833*).

11. Imago B. M. V. thurificanda est duplici ductu thuribuli. (*D. 28 Julii 1789*).

12. Parochus curare debet ut Eucharistia renovetur saltem in hebdomada; sic etiam aqua benedicta juxta praescriptum a caeremoniale Episcoporum.

De caeremoniis in Missa coram SS. Sacr. in eodem altari exposito

Exposito SS. Sacramento, in altari crux de more collocari debet cum imagine Crucifixi (*S. R. C. 14 Maii 1707*). Si cantetur Miss. votiv., sit de ipso, non prop. de ejusdem Festo extra ejus oct.; in qua dicitur *Gloria et Credo* et unica Oratio, si fiat pro re gravi, alias non: in diebus et festis ex solemnioribus, vel duae cantentur Missae, una de Festo post Tertiam, et altera de SS. Sacram. post Nonam, vel una cante-

tur de die, vel Festo, cum commemorat.
SS. Sacr.

In ingressu Celebrantis et Ministris ad altare, genuflectunt utroque genu in plano capellae, et facta confessione ascendunt ad altare; ubi iterum genuflect. unico genu, et postea Sacerdos dicit *Oramus te*, de more, deinde stans imponit incensum in thuribulum, illud benedicens, et sine altera genuflexione descendit in supremo gradu altaris ibique genuflexus incensat SS. Sacram. tribus vicibus facta capitis inclinatione ante, et post. Diaconus abstinet se ab osculis rerum, et manus Celebrantis. Prosequitur incensatio altaris, sed non crucis (quae adesse debet, juxta D. S. R. C. 29 November 1748), genuflectendo in medio altaris, quoties ante SS. Sacr. transit: in fine reddit thuribulum, sistit se ad cornu Epistol. extra supremum gradum altaris versus populum, et a Diacono incensatur stante e contra in plano capellae: et ita fit ad Offertor., ubi etiam Sacerdos lavat manus. Sacerdos caveat, ne aliquando terga vertat SS. Sacr.; et accedens et recedens a medio altaris genuflect.; et dicturus *Dominus vobiscum*, sistit se ad cornu Evang. renes

altari vertens, ita ut facies ipsius omnino vertatur ad populum. Diaconus et Subdiaconus non omittunt osculum manus Celebrantis in fine Epist. et ante Evang.

Ad Offert. incensat Oblata de more, deinde SS. Sacram. ut supra, sed non crucem, dicens: *Dirigatur, Domine* etc. Subdiac. sustinens patenam non debet genuflect. quando Celebrans post offert. genuflexus thurificat SS. Sacr.; genuflect. vero in actu consecrationis et elevationis (D. S. R. C. Febr. 1764).

Orate frat. dicitur sicut *Dominus vobiscum*, non perficiens circulum. Reliqua usque ad commun. fiunt de more; post commun. usq. ad finem, fiunt genuflexiones, et ad popul. conversiones, ut supra.

Ad benedictionem populo dand. genuflectit dicto *Omnipotens Deus*, et in cornu Evang. benedicit non perficiens circulum: sine alia genuflex. conversus ad altare, signat lib. Ev. vel tabellam, non altare.

Missae privatae minime dicant. in altari in quo expositum est SS., Sacr. si adsint alia altaria (ex D. S. R. C. sub die 9 Aug. 1670): alioquin, si non fuerit aliud altare, omnia

supradicta serventur, iis omissis quae sunt propr. Miss. solemn. quae etiam serv. deb. quaecumque SS. Sacram. est super altare, licet non pateat.

Notandum est quod etiamsi a Diacono abstinendum sit ab osculis rerum et manus Celebrantis in Missa coram SS. Sacram., non debeat omittere osculum ad *Munda cor meum*, et ad oblationem, et in fine orationis Dominicae, sicut nec Subdiaconus omittere debet osculum manus Celebrantis in fine Epistolae. Etiam notandum est, quod, dum Celebrans in medio altaris sistit, prius illud osculari debeat, et postea genuflectere; quando vero non est in medio, sed venit ab altaris latere, prius genuflectat, et postea osculetur altare.

Ordo ministrandi S. Communionem ex rit. romano

Sacerdos igitur sanctissimam Eucharistiam ministraturus, lotis prius manibus, et superpelliceo indutus, ac desuper stola coloris Officio illius diei convenientis, praecedenti clerico, seu alio ministro, procedit ad altare manibus junctis; et facta prius et postea genuflexione, extrahit pyxidem, et

illam super corporale depositam, discooperit. Minister genibus flexis, nomine populi ad cornu Epist. facit confession. gener. dicens *Confiteor Deo* etc. Tunc Sacerdos iterum genuflect. et manibus junctis ante pectus vertit se ad populum (advertens ne terga vertat Sacram.) et in cornu Evang. dicit *Misereatur vestri* etc. R). Amen. Et addit *Indulgent.* etc. R). Amen. Dicens *Indulgentiam* etc. manu dextera in formam crucis signat communicandos.

Deinde ad altare se convertit, genuflectit, manu sinistra pyxidem apprehendit, et duobus digitis, pollice et indice, Sacrament. accipit et elevat, conversusque ad populum in medio altaris dicit clara voce *Ecce Agnus Dei* etc. Mox subdit *Domine, non sum dignus* etc., quod iterum ac tertio repetit. Postea, ad communicandum accedit incipiens ab iis qui sunt ad partem Epist.; sed primo, Sacerdotibus, et isti cum stola communicent.

Sacerdos unicuique porrigens Sacramentum, et faciens cum eo signum crucis super pyxidem simul dicit *Corpus Domini nostri* etc. Ubi vero omnes communicaverint, Sacerdos reversus ad altare dicere poterit *O sacrum convivium in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus,*

mens impletur gratia, et futurae gloriae nobis pignus datur. Y. Panem de coelo etc.

Minister respondet *Omne delectamentum etc.* Tempore Paschali additur *Alleluia.*

Mox Sacerdos dicit

Y. Domine, exaudi orationem meam...

Y. Dominus vobiscum...

Oramus

Deus qui nobis, sub Sacramento etc. Tempore Paschali dicitur *Oratio Spiritum nobis, Domine, tuae charitatis infunde; ut quos Sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordēs. Per Christum Dominum nostrum. Amen.*

Sacerdos purificatos digitos abstergat purificatorio, et postea genuflectens reponit Sacramentum in tabernaculo, et clave obserat. Deinde extensa manu dextera, benedicit iis, qui communicarunt, dicens *Benedictio Dei omnipotentis Patris ✱, et Filii, et Spiritus sancti descendat super vos, et maneat semper. Amen.*

NOTA. Saepe exorta est quaestio, utrum in Missa de Requiem possit administrari Eucharistiam cum particulis praeconsecratis. S. R. C. decreto 27 Junii 1868 respondit affirmative.

TABULA Missarum vot.

<i>Miss. votiv.</i>	<i>Color</i>	<i>Missa</i>	<i>Gloria</i>	<i>Credo</i>
Pro gratiarum actione	{ alb. rub. alb.	de SS. Trin. de Spir. S. vel de B. V.	dicit.	dicit.
Tempore belli	viol.	prop.	omit.	omit.
Tempore pestilentiae	viol.	prop.	omit.	omit.
Pro rege infirmo	viol.	prop.	omit.	omit.
Tempore terraemot.	viol.	de quacum. necessit.	omit.	omit.
De SS. Sacr.	alb.	prop. vot.	dicit.	dicit.
De B. M. V.	alb.	prop. vot.	dicit.	dicit.
De S. Patrono, vel aliis Sanct.	alb. vel rub.	prop. vel comm.	dicit.	dicit.

solemnium pro re gravi.

Praefatio	Orationes
de Trin. de Sp. S. de B. V.	prima oratio votiva, et secunda sub unic. conclusione <i>pro gratiarum a-</i> <i>ctione.</i>
com. vel de temp.	unica oratio prop. hujus Missae vot.
com. vel de temp.	unica oratio hujus Missae propria.
com. vel de temp.	unica oratio in numero singulari.
com. vel de temp.	unica oratio ut in eadem Missa.
de Nat.	unica oratio.
et te in venerat.	unica oratio.
prop. vel comm.	unica oratio.

TABULA Missarum vot. privat.

<i>Miss. vot.</i>	<i>Color</i>	<i>Missa</i>	<i>Gloria</i>	<i>Praefatio</i>	<i>Orationes</i>	<i>In fine</i>
De Ssma. Trinitat.	albus	propria	omit.	propria	2. ^a et 3. ^a diei currentis	Benedicamus
De Spir. Sancto	ruber	propria	omit.	propria	2. ^a et 3. ^a diei currentis	Benedicamus
De Ssmo. Sacram.	albus	propria	omit.	de Nativit. Domini	2. ^a et 3. ^a diei currentis	Benedicamus
De Cruc. De Pass.	rub. & viol. }	propria	omit.	de Cruce	2. ^a et 3. ^a diei currentis	Benedicamus
De Sta. Maria	albus	propria	omit., in sab. vero dicit.	propria, vel <i>In veneratione...</i>	2. ^a diei currentis, 3. ^a de Spirit. S. (1)	Benedic., in sab. Ite, Missa est
De Angelis	albus	propria	dicit.	de octava, vel de temp. aut de commun.	2. ^a et 3. ^a diei currentis	Ite, Missa est

De Apo- stolis	ruber	propria	omit.	propria	2. ^a et 3. ^a diei currentis (2)	Benedicamus
De Ss. Canoniz.	ut in festo	ut in festo, vel de comm.	omit.	Com., nisi ads. aliq. oct., vel de temp.	2. ^a et 3. ^a diei currentis	Benedicamus
Pro var. necessit.	viol.	propria	omit.	ut supra	2. ^a et 3. ^a diei currentis	Benedicamus
Pro sponsis	albus	propria	omit.	ut supra	2. ^a et 3. ^a diei currentis	Benedicamus
Pro de- functis	niger	propria	omit.	comm.	Tres or. aut plures, sed num. impar.	Requiesc. in pace.

Credo in iisd. Miss. non dic.: sed dic. semper in fin. Evang. S. Joannis.

(1) Nisi facienda sit commem. oct., fer. aut S. simpl.

(2) In vot. de Ap. Petro quando dicit. or. *A cunct. loco ej. dicit. Concede.*

De Missis defunctorum

Missa de Requiem aut est solemnis, aut privata: prima est, quae dicitur in die obitus, aut in anniversario pro uno, aut pluribus defunctis.

Missa de Requiem corpore praesente habet locum omnibus diebus, exceptis sequentibus, nempe in dup. I classis festivis de praecepto, in Dom. Pasch. et Pentec., in triduo majoris hebdomadae, in quo etiam non habent locum exequiae pro defunctis: excipiuntur tamen feria 2.^a Paschalis et Pentec., in quibus potest celebrari Missa corpore praesente, etiamsi I classis et festivae sint (*D. 2. Sept. 1741*). Licet etiam celebrare Missam corpore praesente in dup. I classis festivis de praecepto in illis ecclesiis, quae talem non habent extrinsecam solemnitatem, prout etiam in dup. I classis non festivis, licet cum magno apparatu et pompa celebrentur, dummodo non sit festum titolare (*D. 9 Aprilis 1808*). Si cadaver sit insepultum, licet non praesens in ecclesia, potest dici Missa, ut in die obitus, diebus etiam festivis, Dom., et in dup. II classis, apposito tamen in ecclesia signo diverso ab eo quod in anniversario adhibetur (*D. 25 April. 1781*). Si vero cadaver terrae traditum fuerit, potest cantari Missa ut in die obitus, dummodo non sit dup. I vel II classis, aut festivum de praecepto (*D. 7 Septemb. 1816*).

Anniversarium pro uno aut pluribus defunctis non habet locum in dup. I vel II

classis, Dom., festis de praecepto, nec etiam in feria 4. Cinerum, majori hebdomada, infra octavas Epiphaniae, Paschat., Pentec., Corporis Christi, et Nativit., sicut nec in Vig. Pentec. et Nativit. Domini. Si vero anniversarium inciderit in die impedita, transfertur in aliam non impeditam (*In pluribus decretis*). Anniversarium a confraternitate pro confratribus celebratum non habet locum in die quo occurrit festum duplex (*D. 12 Nov. 1831*).

Missam privata defunctorum non habet locum nisi in semiduplicibus, dummodo non sit dies infra octav. Epiphan., Pasch., Pentecost., Nativit. et Corporis Christi, nec etiam potest dici in feria 4 Cinerum, majori hebdom., et in Dom. per annum. Quod si ex voluntate testatorum certis diebus dicendae forent, his impeditis, Sacerdos celebrans Missam diei suae obligationi satisfacit (*D. 5 Aug. 1662*). Sacerdos celebraturus ratione foundationis, aut stipendii Missam pro defuncto in die, qua non prohibentur Missae de Requiem, suae obligationi non satisfacit dicendo eam de officio occurrente (*D. 3 Mart. 1761*).

Sacerdos recitans officium dup. non potest Missam de requiem celebrare in ecclesiis ubi recitatur de semiduplici (*D. 16 Decemb. 1828*). Insuper Sacerdos obligatus ad 30 Missas D. Gregorii dicendas, suae obligationi satisfacit eas celebrando de festis occurrentibus.

TABULA pro Missis

<i>Missa solemn.</i>	<i>Color</i>	<i>Missae</i>
In die Comm. omni um fidel. defunctorum	niger	pro I Mis. prim. in ord. pro II, tert. in ordine pro III, quotidiana
In die obit. Sum. Pont., Car., Episc., et Sacer.	niger	prima in ordine
In fun. Imperat., Reg., et Princ.	niger	prima in ordine
In die obitus	niger	secunda in ordine
Pro defunct. insep. et non praes. in eccles.	niger	secunda
In dieb. 3, 7 et 30	niger	secunda
In annivers.	niger	tertia
Quandocumq. pro de- funct. celeb.	niger	quarta

solemnibus defunctorum.

<i>Seq.</i>	<i>Prae.</i>	<i>Orationes</i>
dicit.	com.	pro I, <i>Fidelium, Deus...</i> pro II, propr. ut in lib. pro regn. Hisp. pro III, propr. ut in eod. lib.
dicit.	com.	pro Sum. Pont. <i>Deus, qui int. summos...</i> pro Card. <i>Deus, qui inter apostolos...</i> pro Ep. vel Presb. <i>Deus, qui int. apost...</i>
dicit.	com.	unica orat. quae pro laicis assig., addit. <i>Regis</i> etc.
dicit.	com.	unica orat. ut ibi
dicit.	com.	unica ut in die obitus
dicit.	com.	unica orat. <i>Quaesumus... euj. deposit.</i> <i>diem</i> 3 vel 7 aut 30.
dicit.	com.	unica or. ut in eadem Missa
dicit.	com.	unica or. conveniens.

PRAEPARATIO AD MISSAM

PRO OPPORTUNITATE SACERDOTIS FACIENDA

Antiphona

Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra,
vel parentum nostrorum: neque vindictam
sumas de peccatis nostris.

*Quae antiphona in festis duplicibus tantum
duplicatur; et tempore Paschali additur
in fine Alleluia. Deinde dicuntur sequentes
Psalmi.*

Psalmus 83

Quam dilecta tabernacula tua, Domine
virtutum! concupiscit, et deficit anima mea
in atria Domini.

✠ Cor meum et caro mea exultaverunt in
Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum: et
turtur nidum sibi; ubi ponat pullos suos.

Altaria tua, Domine virtutum: Rex meus,
et Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua, Domine:
in saecula saeculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te:
ascensiones in corde suo disposuit, in valle
lachrymarum, in loco, quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator,

ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus
deorum in Sion.

Domine Deus virtutum, exaudi oratio-
nem meam: auribus percipe, Deus Jacob.

Protector noster aspice, Deus: et respice
in faciem Christi tui:

Quia melior est dies una in atriis tuis, su-
per millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei: ma-
gis quam habitare in tabernaculis pec-
catorum.

Quia misericordiam et veritatem diligit
Deus: gratiam et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in
innocentia: Domine virtutum, beatus homo,
qui sperat in te.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 84

Benedixisti, Domine, terram tuam: aver-
tisti captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuae: operui-
sti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: avertisti ab
ira indignationis tuae.

Converte nos, Deus, salutaris noster: et
averte iram tuam a nobis.

Numquid in aeternum irasceris nobis:

aut extends iram tuam a generatione in generationem?

Deus, tu conversus vivificabis nos: et plebs tua laetabitur in te.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam;

Et super sanctos suos: et in eos, qui convertuntur ad cor.

Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia et veritas obviaverunt sibi: justitia et pax osculatae sunt.

Veritas de terra orta est: et justitia de coelo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem; et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit: et ponet in via gressus suos.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 85

Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus

sum: salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota die: laetificat animam servi tui, quoniam ad te, Domine, animam meam levavi.

Quoniam tu, Domine, suavis et mitis: et multae misericordiae omnibus invocantibus te.

Auribus percipe, Domine, orationem meam: et intende voci deprecationis meae.

In die tribulationis meae clamavi ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis, Domine: et non est secundum opera tua.

Omnes gentes, quascumque fecisti, venient, et adorabunt coram te, Domine: et glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me, Domine, in via tua, et ingrediar in veritate tua: laetetur cor meum, ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi, Domine Deus meus, in toto corde meo, et glorificabo nomen tuum in aeternum:

Quia misericordia tua magna est super

me: et eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentium quaesierunt animam meam: et non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu, Domine, Deus miserator, et misericors; patiens, et multae misericordiae, et verax.

Respice in me, et miserere mei, da imperium tuum puero tuo: et salvum fac filium ancillae tuae.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, et confundantur: quoniam tu, Domine, adjuvisti me, et consolatus es me.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 115

Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino, pro omnibus quae retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni

populo ejus: pretiosa in conspectu Domini
mors Sanctorum ejus.

O Domine, quia ego servus tuus: ego ser-
vus tuus, et filius ancillae tuae.

Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo ho-
stiam laudis, et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu
omnis populi ejus: in atriis domus Domini,
in medio tui Jerusalem.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 129

De profundis clamavi ad te, Domine: Do-
mine, exaudi vocem meam.... *vide pag. 84.*

Deinde repetitur Añã. Ne reminiscaris,
Domine, delicta nostra,.... *et postea dicitur*

Kyrie, eleyson; Christe, eleyson; Kyrie,
eleyson. Pater noster, etc.

Y. Et ne nos inducas in tentationem.

R̃. Sed libera nos a malo.

Y. Egò dixi: Domine, miserere mei.

R̃. Sana animam meam, quia peccavi
tibi.

Y. Convertere, Domine, aliquantulum.

R̃. Et deprecare super servos tuos.

Y. Fiat misericordia tua, Domine, super
nos.

R̃. Quemadmodum speravimus in te.

Y. Sacerdotes tui induantur justitiam.

R). Et sancti tui exultent.

Y. Ab occultis meis munda me, Domine.

R). Et ab alienis parce servo tuo.

Y. Domine, exaudi orationem meam.

R). Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum,

R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Aures tuae pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, et gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum: ut tuis mysteriis digne ministrare, teque aeterna charitate diligere mereamur.

Deus, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum; purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri, ut te perfecte diligere, et digne laudare mereamur.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros, et cor nostrum, Domine: ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Mentes nostras, quaesumus, Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet, et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

Adsit nobis, quaesumus, Domine, virtus

Spiritus sancti, quae et corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur adversis.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quaesumus, Domine, visitando purifica: ut, veniens Dominus noster Jesus Christus Filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

DIE DOMINICA

Oratio S. Ambrosii Episcopi

Summe Sacerdos, et vere Pontifex Jesu Christe, qui te obtulisti Deo Patri hostiam puram et immaculatam in ara Crucis pro nobis miseris peccatoribus: et qui dedisti nobis carnem tuam ad manducandum, et sanguinem tuum ad bibendum, et posuisti mysterium istud in virtute Spiritus sancti tui, dicens: Haec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis; rogo te per eundem sanguinem tuum, magnum salutis no-

strae praetium; rogo per hanc miram, et ineffabilem charitatem, qua nos miseros, et indignos sic amare dignatus es, ut lavares nos a peccatis nostris in sanguine tuo: doce me servum tuum indignum, quem inter caetera dona tua, etiam ad officium sacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiae tuae: doce me, quaeso, per Spiritum sanctum tuum, tantum tractare mysterium ea reverentia et honore, ea devotione et timore, quibus oportet et decet. Fac me per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere, intelligere, sentire et firmiter tenere, dicere et cogitare, quod tibi placet, et expedit animae meae. Intret Spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet tibi sine sono, et sine strepitu verborum loquatur omnem veritatem. Profunda quippe sunt nimis, et sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam concede mihi Missarum solemnia mundo corde, et pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis et nefandis, vanis et noxiis cogitationibus. Muni me beatorum Angelorum pia et fida custodia, ac tutela fortissima, ut hostes omnium bonorum confusi discedant. Per virtutem tanti mysterii, et per manum

sancti Angeli tui repelle a me et a cunctis servis tuis durissimum spiritum superbiae et cenodoxiae, invidiae et blasphemiae, fornicationis et immunditiae, dubietatis et diffidentiae. Confundantur qui nos persequuntur, pereant illi, qui nos perdere festinant.

FERIA SECUNDA

Oratio

Rex virginum, et amator castitatis et integritatis, coelesti rore benedictionis tuae extingue in corpore meo fomitem ardentis libidinis: ut maneat in me tenor castitatis corporis et animae. Mortifica in membris meis carnis stimulos, omnesque libidinosas commotiones, et da mihi veram et perpetuam castitatem cum caeteris donis tuis, quae tibi placent in veritate: ut sacrificium laudis casto corpore et mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim cordis contritione et lacrymarum fonte, quanta reverentia et tremore, quanta corporis castitate et animae puritate istud divinum et coeleste sacrificium est celebrandum, ubi caro tua in veritate sumitur; ubi sanguis tuus in veritate bibitur; ubi ima summis,

terrena divinis junguntur; ubi adest sanctorum Angelorum praesentia; ubi tu es Sacrificium et Sacerdos mirabiliter et ineffabiliter constitutus.

FERIA TERTIA

Oratio

Quis digne hoc celebrare poterit, nisi tu, Deus omnipotens, offerentem feceris dignum? Scio, Domine, et vere scio, et id ipsum pietati tuae confiteor, quia non sum dignus accedere ad tantum mysterium propter nimia peccata mea et infinitas negligentias meas. Sed scio, et veraciter ex toto corde meo credo, et ore confiteor, quia tu potes me facere dignum, qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine, et de peccatoribus justos et sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, Deus meus, ut concedas mihi peccatori hoc sacrificium celebrare cum timore et tremore, cum cordis puritate et lacrymarum fonte, cum laetitia spirituali, et coelesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatissimae praesentiae tuae, et excubias sanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo.

FERIA QUARTA

Oratio

Ego enim, Domine, memor venerandae passionis tuae accedo ad altare tuum (licet peccator), ut offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti, et offerri praecepisti in commemorationem tui pro salute nostra. Suscipe illud, quaeso, summe Deus, pro Ecclesia sancta tua, et pro populo, quem acquisisti sanguine tuo. Et quoniam me peccatorem inter te et eundem populum tuum medium esse voluisti, licet in me aliquid boni operis testimonium non agnoscas, officium saltem dispensationis creditae non recuses, nec per me, indignum, eorum salutis pereat pretium, pro quibus victima salutaris dignatus es esse redemptio. Profero etiam, Domine, (si digneris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captivorum gemitus, miseriae orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam debilium, desperationes languentium, defectus senum, suspiria juvenum, vota virginum, lamenta viduarum.

FERIA QUINTA

Oratio

Tu enim misereris omnium, Domine, et nihil odisti eorum quae fecisti. Memorare quae sit nostra substantia: quia tu Pater noster es, quia tu Deus noster es: ne irascaris satis, neque multitudinem viscerum tuorum super nos contineas. Non enim in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a nobis iniquitates nostras, et ignem sancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne nostra: et da nobis cor carneum, quod te amet, te diligat, in te delectetur, te sequatur, te perfruatur. Oramus, Domine, clementiam tuam, ut sereno vultu familiam tuam sacri tui nominis officia praestolantem aspicere digneris: et ut nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggere, quas ipse propitius audire, et exaudire delecteris.

FERIA SEXTA

Oratio

Rogamus etiam te, Domine Sancte Pater, et pro spiritibus fidelium defunctorum; ut

sit illis salus, sanitas, gaudium, et refrigerium, hoc magnum pietatis Sacramentum. Domine Deus meus, sit illis hodie magnum, et plenum convivium de te pane vivo, qui de coelo descendisti, et das vitam mundo, de tua carne sancta et benedicta, Agni videlicet immaculati, qui tollis peccata mundi, quæ de sancto, et glorioso Beatæ Virginis Mariæ utero est assumpta; et de Spiritu sancto concepta, ac de illo pietatis fonte, qui per lanceam militis ex tuo sacratissimo latere emanavit: ut exinde refecti, et satiati, refrigerati, et consolati exultent in laude, et gloria tua. Peto clementiam tuam, Domine, ut descendat super panem tibi sacrificandum plenitudo tuæ benedictionis, et sanctificatio tuæ divinitatis. Descendat etiam, Domine, illa sancti Spiritus tui invisibilis, incomprehensibilisque majestas, sicut quondam in patrum hostias descendebat, qui et oblationes nostras Corpus et Sanguinem tuum efficiat, et me indignum sacerdotem doceat tantum tractare mysterium cum cordis puritate et lacrymarum devotione, cum reverentia et tremore; ita ut placide, ac benigne suscipias sacrificium de manibus meis ad salutem omnium, tam vivorum, quam defunctorum.

SABBATO

Oratio

Rogo etiam te, Domine, per ipsum sacrosanctum mysterium Corporis et Sanguinis tui, quo quotidie in Ecclesia tua pasчимur et potamur, abluimur et sanctificamur, atque unius summae Divinitatis participes efficimur: da mihi virtutes tuas sanctas, quibus repletus, bona conscientia ad altare tuum accedam, ita ut haec coelestia Sacramenta efficiantur mihi salus et vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto et benedictor: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. Panis dulcissime, sana palatum cordis mei, ut sentiam suavitatem amoris tui. Sana illud ab omni languore, ut nullam praeter te sentiam dulcedinem. Panis candidissime, habens omne delectamentum et omnem saporem, qui nos semper reficis, et numquam in te deficis, comedat te cor meum, et dulcedine saporis tui repleantur viscera animae meae: manducat te Angelus ore pleno: manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne de-

ficere possit in via, tali recreatus viatico. Panis sancte, Panis vive, Panis munde, qui descendisti de coelo, et das vitam mundo, veni in cor meum, et munda me ab omni inquinamento carnis et spiritus. Intra in animam meam, sana et munda me interius et exterius. Esto tutamen et continua salus animae et corporis mei. Repelle a me insidiantes mihi hostes: recedant procul a praesentia potentiae tuae, ut foris et intus per te munitus recto tramite ad tuum regnum perveniam: ubi non in mysteriis, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum traderis regnum Deo et Patri, et eris Deus omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica, ita ut nec esuriam, nec sitiam in aeternum. Qui cum eodem Deo Patre, et Spiritu sancto vivis et regnas per omnia saecula saeculorum. Amen.

PRO OPPORTUNITATE SACERDOTIS, ALIAE ORATIONES ANTE MISSAM

Ad mensam dulcissimi convivii tui, pie Domine Jesu Christe, ego peccator de propriis meritis nihil praesumens, sed de tua confidens misericordia et bonitate, accede-


re vereor, et contremisco. Nam cor et corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem et linguam non caute custoditam. Ergo, o pia Deitas, o tremenda Majestas! ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiae recurro, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio, et quem Judicem sustinere nequeo, Salvatorem habere suspiro. Tibi, Domine, plagas meas ostendo: tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa et magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiae tuae, Domine Jesu Christe, Rex aeternae, Deus et Homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te, et miserere mei pleni miseriis et peccatis, Tu, qui fontem miserationis numquam manare cessabis. Salve, salutaris victima, pro me et omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salve, nobilis et pretiose Sanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei Jesu Christi profluens, et peccata totius mundi abluens. Recordare, Domine, creaturae tuae, quam tuo Sanguine redemisti. Poenitet me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer, ergo a me, clementissime Pater, o-

mnes iniquitates et peccata mea: ut purificatus mente et corpore digne degustare merear Sancta Sanctorum: et concede, ut haec sancta praelibatio Corporis et Sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, ac bonorum sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animae quoque et corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

ORATIO S. THOMAE AQUINATIS

Omnipotens sempiternae Deus, ecce accedo ad sacramentum Unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi: accedo tamquam infirmus ad medicum vitae; immundus ad Fontem misericordiae; coecus ad lumen claritatis aeternae; pauper et egenus ad Dominum coeli et terrae. Rogo ergo immensae largitatis tuae abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare foeditatem, illuminare coecitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem: ut panem Angelorum, Regem regum, et Dominum dominantium tanta suscipiam reverentia et humilitate, tanta contritione et

devotione; tanta puritate et fide; tali proposito et intentione, sicut expedit saluti animae meae. Da mihi, quaeso, Dominici corporis et sanguinis non solum suscipere sacramentum, sed etiam rem et virtutem sacramenti. O mitissime Deus, da mihi corpus Unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere, ut corpori suo mystico merear incorporari, et inter ejus membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, revelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.



GRATIARUM ACTIO POST MISSAM

Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Quae antiphona in festis duplicibus tantum duplicatur, et tempore Paschali additur in fine, Alleluia.

CANTICUM TRIUM PUERORUM

Benedicite, omnia opera Domini, Domino:
etc. *usque in finem. Vide pag. 184.*

Psalmus 150

Laudate Dominum in sanctis ejus: etc.
vide pag. 181.

*Deinde repetitur Antiphona Trium pue-
rorum etc. ut supra. Deinde Sacerdos dicit*

Kyrie, eleison; Christe, eleison; Kyrie,
eleison. Pater noster etc.

Y. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

Y. Confiteantur tibi, Domine, omnia ope-
ra tua.

R. Et sancti tui benedicant tibi.

Y. Exultabunt sancti in gloria.

R. Laetabuntur in cubilibus suis.

Y. Non nobis, Domine, non nobis.

R. Sed nomini tuo da gloriam.

Y. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum,

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammās

ignium: concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones nostras, quaesumus, Domine, aspirando praeveni, et adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio, et operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur.

Da nobis, quaesumus, Domine, vitiorum nostrorum flammam extinguere, qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

ORATIO SANCTI TOMAE AQUINATIS

Gratias tibi ago, Domine sancte, Pater omnipotens aeternae Deus, qui me peccatorem, indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiae tuae satiare dignatus es praetioso Corpore et Sanguine Filii tui Domini nostri Jesu Christi. Et precor te, ut haec sancta Communio non sit mihi reatus ad poenam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, et scutum bonae voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio, concupiscentiae et libidinis exterminatio: charitatis et patientiae, humilitatis et obedientiae, omniumque virtutum augmentatio: contra insidias inimicorum omnium,

tam visibilium, quam invisibilium, firma defensio: motuum meorum, tan carnalium, quam spiritualium, perfecta quietatio: in te uno, ac vero Deo firma adhaesio, atque finis mei felix consummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu cum Filio tuo et Spiritu sancto, sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, jucunditas consummata, et felicitas perfecta. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

ALIA ORATIO SANCTI BONAVENTURAE


Transfige, dulcissime Domine Jesu, medullas et viscera animae meae, suavissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera serenaque et apostolica sanctissima charitate, ut langueat, et liquefiat anima mea solo semper amore et desiderio tui: te concupiscat, et deficiat in atria tua, cupiat dissolvi, et esse tecum. Da ut anima mea te esuriat, panem angelorum, refectionem animarum sanctarum, panem nostrum quotidianum, supersubstantiali, habentem omnem dulcedinem et saporem, et omne delectamentum suavitatis: te, in quem desiderant angeli prospicere, semper esuriat,

et comedat cor meum, et dulcedine saporis tui repleantur viscera animae meae, te semper sitiatur, fontem vitae, fontem sapientiae et scientiae, fontem aeterni luminis, torrentem voluptatis, ubertatem domus Dei: te semper ambiatur, te quaeratur, te inveniat, ad te tendatur, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, et omnia operetur in laudem et gloriam nominis tui, cum humilitate et discretione, cum dilectione et delectatione, cum facilitate et affectu, cum perseverantia usque in finem: et tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, divitiae meae, delectatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies et tranquillitas mea, pax mea, suavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa, et firma, et immobiliter semper sit radicata mens mea et cor meum. Amen.

RYTHMUS S. THOMAE AD SACRAM EUCHARISTIAM

Adoro te devote, latens Deitas,
Quae sub his figuris vere latitas:
Tibi se cor meum totum subjicit,
Quia te contemplans, totum deficit.

Visus, tactus, gustus in te fallitur,
Sed auditu solo tuto creditur.
Credo quidquid dixit Dei filius,
Nil hoc Verbo veritatis verius,
In cruce latebat sola Deitas,
At hic latet simul et humanitas:
Ambo tamen credens, atque confitens,
Peto, quod petivit latro poenitens.
Plagas, sicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis vivus vitam praestans homini!
Praesta meae menti de te vivere:
Et te illi semper dulce sapere.
Pie pellicane Jesu Domine,
Me immundum munda tuo sanguine:
Cujus una stilla salvum facere
Totum mundum quit ab omni scelere.
Jesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro fiat illud, quod tam sitio,
Ut te revelata cernens facie,
Visus sim beatus tuae gloriae. Amen.



CODEX

ALIQUARUM ORATIONUM, QUAE FREQUEN- TER RECITANTUR

*Preces infra scriptae, ter centum dierum
Indulgentia locupletatae in fine cujusque
Missae sine cantu celebratae, flexis genibus
recitentur, nimirum: (1)*

«Ter Ave Maria, etc.

*Deinde dicitur semel Salve Regina, etc.
et in fine:*

Y. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix,
R). Ut digni efficiamur promissionibus
Christi.

Oremus

Deus, refugium nostrum et virtus, adesto
piis Ecclesiae tuae precibus, et praesta; ut,
intercedente gloriosa et Immaculata Virgi-
ne Dei genitrice Maria, beato Josepho, ac
beatis Apostolis tuis Petro et Paulo et omni-
bus Sanctis, quod in praesentibus necessi-
tatibus humiliter petimus, efficaciter con-
sequamur. Per eundem Christum Domi-
num nostrum. R). Amen.

(1) Juxta Decretum S. R. C. die 6 Januarii 1884.

DE SSMA. TRINITATE

Y. Benedicamus Patrem, et Filium, cum sancto Spiritu.

R). Laudemus et superexaltemus eum in saecula.

Oratio

Omnipotens sempiternae Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia majestatis adorare Unitatem: quaesumus, ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

DE BEATA MARIA VIRGINE

Y. Angelus Domini nuntiavit Mariae.

R). Et concepit de Spiritu sancto

Oratio

Gratiam tuam, quaesumus, Domine, mentibus nostris infunde: ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per passionem ejus et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

DE CONCEPTIONE IMMACULATA
Beatae Mariae Virginis

Y. In Conceptione tua, Virgo, immaculata fuisti.

R). Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.

Oratio

Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum praeparasti: quaesumus, ut qui ex morte ejusdem Filii tui praevisa eam ab omni labe praeservasti, nos quoque mundos ejus intercessionem ad te pervenire concedas. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

De Septem Doloribus B. M. V.

Y. Ora pro nobis, Virgo Dolorosissima.

R). Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio

Deus, in cujus passione, secundum Simeonis prophetiam, dulcissimam animam gloriosae Virginis et Matris Mariae doloris gladius pertransivit, concede propitius, ut

qui dolores ejus venerando recolimus, passionis tuae effectum felicem consequamur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

DE COMMÉMORATIONE SOLEMNI B. M. V.
de Monte Carmelo

V. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.
R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Oratio

Deus, qui beatissimae semper Virginis et Genitricis tuae Mariae singulari titulo Carmeli Ordinem decorasti: concede propitius; ut cujus hodie Commemorationem solemni celebramus officio, ejus muniti praesidiis, ad gaudia sempiterna pervenire mereamur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

DE ASSUMPTIONE BEATAE MARIAE VIRGINIS

V. Exaltata est Sancta Dei Genitrix.
R. Super choros Angelorum ad coelestia regna.

Oratio

Famulorum tuorum, quaesumus Domine, delictis ignosce: ut qui tibi placere de

actibus nostris non valemus, Genitricis Filii
tui Domini nostri intercessione salvemur.
Qui tecum vivit et regnat in saecula sae-
culorum. Amen.

IN FESTO B. M. V. DE MERCEDE

Y. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.
R̄. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Oratio

Deus, qui per gloriosissimam filii tui Ma-
trem, ad liberandos Christi fideles a po-
testate paganorum, nova Ecclesiam tuam
prole amplificare dignatus es: praesta quae-
sumus; ut quam pie veneramur tanti operis
institutricem, ejus pariter meritis et in-
tercessione a peccatis omnibus, et capti-
vitate daemonis liberemur. Per eundem
Christum Dominum nostrum. Amen.

DE SOLEMNIT. SSMI. ROSARII
BEATAE MARIAE VIRGINIS

Y. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.
R̄. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Oratio

Deus, cujus Unigenitus, per vitam, mor-
tem et resurrectionem suam, nobis salutis

aeternae praemia comparavit: concede quaesumus; ut haec mysteria sanctissimo beatæ Mariæ Virginis Rosario recolentes, et imitemur, quod continent, et quod promittunt, assequamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

DE SANCTO ALOYSIO GONZAGAE

Y. Justum deduxit Dominus per vias rectas.

R). Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio

Caelestium donorum distributor Deus, qui in angelico juvene Aloysio miram vitae innocentiam pari cum poenitentia sociasti: ejus meritis et precibus concede, ut, innocentem non secuti, poenitentem imitemur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

DE SANCTO JACOBO APOSTOLO

Y. Annuntiaverunt opera Dei.

R). Et facta ejus intellexerunt.

Oratio

Esto, Domine, plebi tuae sanctificator et custos: ut beati Jacobi Apostoli tui munita

praesidiis, et conversatione tibi placeat, et secura mente deserviat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

DE SANCTO ANTONIO DE PADUA

Oratio

Ecclesiam tuam, Deus, beati Antonii confessoris tui solemnitas votiva laetificet: ut spiritualibus semper muniatur auxiliis, et gaudiis perfrui mereatur aeternis. Per Dominum nostrum...

DE SANCTO ROCHO

Oratio

Deus, qui beato Rocho per Angelum tuum tabulam eidem afferentem promissisti, ut, qui ipsum invocaverit, a nullo pestis cruciatu laederetur: praesta, quaesumus, ut qui ejus solemnia celebramus, ipsius meritis, et precibus, a mortifera peste corporis et animae liberemur. Per Dominum nostrum...

ORATIONES ET EVANGELIA PRO

INFIRMIS

Sequentes preces, omnes, vel ex parte, prout tempus et aegrotorum conditio feret, arbitrio Sacerdotis dici vel omitti possunt.

Sacerdos igitur infirmi cubiculum ingressus, primum dicat, Y. Pax huic domui, R). Et omnibus habitantibus in ea. Mox infirmum, et lectum ejus, et cubiculum aspergat aqua benedicta dicens Antiphonam Asperges me, Domine,... Deinde erga infirmum Officium suum praestet, ut supra dictum est. Quo praestito, vel antequam discedat, dicere poterit supra infirmum aliquem psalmum ex quatuor prioribus poenitentialibus vel psalmum 90. Qui habitat in... cum Gloria Patri... in fine.

Postea dicat Kyrie, eleison; Christe, eleison; Kyrie, eleison. Pater noster...

Y. Et ne nos inducas in tentationem;

R). Sed libera nos a malo.

Y. Salvum fac servum tuum, (vel salvam fac ancillam tuam),

R). Deus meus, sperantem in te.

Y. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto;

R). Et de Sion tuere eum (vel eam).

Y. Nihil proficiat inimicus in eo; (vel in ea).

R). Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Y. Esto ei, Domine, turris fortitudinis.

R). A facie inimici.

Y. Dominus opem ferat illi

- R). Super lectum doloris ejus.
Y. Domine, exaudi orationem meam;
R). Et clamor meus ad te veniat.
Y. Dominus vobiscum.
R). Et cum spiritu tuo.

Oramus

Deus, cui proprium est misereri semper, et parcere: suscipe deprecationem nostram; ut nos, et hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam), quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat.

Deus, infirmitatis humanae singulare praesidium, auxilii tui super infirmum famulum tuum (*vel* infirmam famulam tuam) ostende virtutem; ut ope misericordiae tuae adjutus (*vel* adjuta), Ecclesiae tuae sanctae incolumis repraesentari mereatur.

Concede hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam), quaesumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere; et, gloriosa beatae Mariae semper virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia. Per Christum Dominum nostrum, R). Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Patris ✕, et

Filii, et Spiritus sancti descendat super te, et maneat semper. Rj. Amen.

Deinde aspergat eum aqua benedicta.

Quae sequuntur Evangelia cum precibus, pro temporis etiam opportunitate, et aegrotantium pio desiderio, Sacerdotis arbitrio dici poterunt.

Y. Dominus vobiscum.

Rj. Et cum spiritu tuo.

Y. Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Rj. Gloria tibi, Domine.

Dum Sacerdos dicit Sequentia sancti... faciat signum crucis de more super se in fronte, ore, et in pectore, similiter supra infirmum, si fuerit masculus, et is ob infirmitatem non potest se signare.

Si autem fuerit femina, dum Sacerdos se signat, illa per semetipsam in locis praedictis se signet, si potest; si vero non potest, alia mulier eam signet: et hoc idem in sequentibus Evangeliiis servetur.

MATTH. VII. Y. 5.

In illo tempore: Cum introisset Jesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, et dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquetur.

Et ait illi Jesus: Ego veniam, et curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, et dico huic: Vade, et vadit: et alii, Veni, et venit: et servo meo, Fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, et Occidente venient, et recumbent cum Abraham, Isaac, et Jacob in regno coelorum: filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit Jesus Centurioni: Vade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

Oramus

Omnipotens sempiternae Deus, salus aeterna credentium, exaudi nos pro infirmo famulo tuo (*vel* infirma famula tua) N. pro quo (*vel* pro qua) misericordiae tuae imploramus auxilium; ut, reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in ecclesia tua refe-

rat actiones. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Y. Dominus vobiscum,

R). Et cum spiritu tuo.

Y. Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.

R). Gloria tibi, Domine.

MARC. XVI. Y. 1.

In illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Jesus, et exprobravit incredulitatem eorum, et duritiam cordis, quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, haec sequentur: In nomine meo daemonia ejicient: linguis loquentur nobis: serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super aegros manus imponent, et bene habebunt.

Oremus

Virtutum coelestium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem et o-

mnem infirmitatem praecepti tui potestate depellis: adesto propitius huic famulo tuo (*vel* famulae tuae) N. ut fugatis infirmitatibus, et viribus receptis, nomen sanctum tuum, instaurata protinus sanitate, benedicat. Per Christum Dominum nostrum. Ky. Amen.

LUC. IV. ʒ. 38.

In illo tempore: surgens Jesus de synagoga, introivit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: et rogaverunt illum pro ea. Et stans super illam imperavit febrim: et dimisit illam. Et continuo surgens, ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos.

Oramus

Domine Sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, qui fragilitatem humanae conditionis, infusa virtutis tuae dignatione, confirmas, ut salutaribus remediis pietatis tuae corpora nostra, et mentes vegetentur super hunc famulum tuum (*vel* famulam tuam) N. propitius intende; ut, omni ne-

cessitate corporea infirmitatis exclusa, gratia in eo (*vel* in ea) pristinae sanitatis perfecte reparetur. Per Christum Dominum nostrum. Rj. Amen.

V. Dominus vobiscum,

Rj. Et cum spiritu tuo.

Ÿ. Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.

Rj. Gloria tibi, Domine.

JONN. V. Ÿ. 1.

In illo tempore: Erat dies festus Judaeorum, et ascendit Jesus Jerosolymam. Est autem Jerosolymis Probatice piscina, quae cognominatur hebraice Bethsaida, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium, caecorum, claudorum, aridorum, expectantium aquae motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, et movebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquae, sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta et octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Jesus jacentem, et cognovisset quia multum jam tempus haberet, dicit ei: *¶* Vis sanus fieri? Respondit ei lan-

guidus: Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam; dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Jesus: Surge, tolle grabatum tuum, et ambula. Et statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatum suum, et ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo judaei illi, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, et ambula. Interrogaverunt ergo eum: Quis est illi homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, et ambula? Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Jesus enim declinavit a turba constituta in loco. Postea invenit eum Jesus in templo, et dixit illi: Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Oramus

Respice, Domine, famulum tuum (vel famulam tuam) N. in infirmitate sui corporis laborantem, et animam refove, quam creasti; ut castigationibus emendatus (vel emendata) continuo se sentiat tua medici-

na salvatum; *(vel salvatam)*. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Oramus

Omnipotens sempiterne Deus, infirmitatem famuli tui *(vel famulae tuae)* propitius respice, atque ad protegendum eum *(vel eam)* dexteram tuae majestatis extende. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Completa oratione ultima, Sacerdos imponat dexteram manum super caput infirmi, et dicat:

Super aegros manus imponent, et bene habebunt. Jesus Mariae Filius, mundi salus et Dominus, meritis et intercessione sanctorum Apostolorum suorum Petri et Pauli, et omnium Sanctorum, sit tibi clemens et propitius. R) Amen.

Postea dicat

Ÿ. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Ÿ. Initium sancti Evangelii secundum Joannem.

R). Gloria tibi, Domine.

JOAN. I. Ÿ. 1.

In principio erat Verbum, *vide pag. 25.*


Postea benedicens infirmum subjungat, dicens:

Benedictio Dei omnipotentis Patris *, et Filii, et Spiritus sancti descendat super te, et maneat semper. R). Amen.

Deinde aspergat eum aqua benedicta.

Si fuerint plures infirmi in eodem cubiculo vel loco, preces et orationes praedictae dicantur super eos in numero plurali.

Quae omnia etiam poterunt arbitrio Sacerdotis breviora fieri.



BULAS Y SUMARIOS

Y SUS RESPECTIVAS LIMOSNAS

Con objeto de facilitar á los señores confesores el que puedan informar á sus penitentes sobre las clases de Bulas que deban adquirir con arreglo á sus respectivas posiciones sociales y rentas fijas de que disfruten, sin consulta de los libros de teología moral, se ponen aquí las siguientes instrucciones que publicó en 1882 el Sr. Secretario de la Comisaría G. de la Sta. Cruzada.

Sumario de ilustres. Lo deben tomar las personas siguientes: Los Sres. Cardenales, Patriarcas, Primados, Arzobispos, Obispos, ya sean propios, ya *in partibus*, ya Vicarios apostólicos, ya coadjutores con derecho de futura sucesion ó sin ella, ya auxiliares, los jueces eclesiásticos que ejerzan jurisdiccion ordinaria, delegada, subdelegada, parcial ó general, como son los auditores de la Rota, los Provisores, Vicarios generales ó foráneos, Visitadores y demás á estos semejantes: los dignidades y canónigos de las iglesias catedrales.

Los duques, marqueses, condes y vizcondes. Los ministros de la Corona, embajadores, ministros plenipotenciarios, capitanes generales, y todo militar que tenga grado de coronel arriba inclusive.

Los presidentes, ministros y fiscales de los tribunales y Consejo Supremo, presidentes de las Audiencias, fiscales y magistrados de las mismas, y los que disfrutaban honores de tales. Los directores generales de todos los ramos de la administracion, gobernadores civiles, jefes de administracion del Estado y los que tengan honores de lo mismo.

Los intendentes de ejército, los comisarios, ordenadores, auditores generalés, y los que tengan honores de tales.

Los caballeros del Toison de Oro, los grandes cruces de todas las Ordenes, comendadores de número, supernumerarios y caballeros, así como las esposas de los seglares en quienes concurren las cualidades arriba dichas, viviendo sus maridos, ó si, siendo viudas, usufructuaren los títulos expresados y sus rentas.—Su limosna 4 pesetas 50 céntimos.

Sumario común. Lo deben tomar las demás personas no comprendidas en la lista anterior.—Su limosna 75 cént. de peseta.

Sumario de difuntos. La limosna es igual para toda clase de personas.—75 céntimos de peseta.

Sumario de composicion. La limos-

na es igual tambien para toda clase de personas.—1 peseta y 45 céntimos.

Por una Bula se consigue la composicion de 14,71 pesetas; y por cincuenta, que es el máximum que puede tomarse de una predicacion, se obtienen 735,50 pesetas.

Lacticinios de primera. Lo deben tomar los Sres. Cardenales, Patriarcas, Primados, Arzobispos y Obispos.—Su limosna, 6 pesetas y 75 céntimos.

Lacticinios de segunda. Lo deben tomar los dignidades, canónigos de catedrales ó colegiata, si tienen de renta efectiva de tres mil pesetas en adelante.—Su limosna, 2 pesetas 25 céntimos.

Lacticinios de tercera. Lo deben tomar los de la misma clase, ó cualquiera otro eclesiástico, cuya renta no llegue á tres mil pesetas, ni baje de ochocientas veinticinco pesetas anuales.—Su limosna, 1 peseta 15 céntimos.

Lacticinios de cuarta. Lo deben tomar los eclesiásticos seculares y regulares, cuya renta no llegue á ochocientas veinticinco pesetas anuales.—Su limosna, 50 céntimos de peseta.

Indulto de primera. Lo deben tomar los Sres. Cardenales, Patriarcas, Primados, Arzobispos y Obispos. Los ministros de la Corona, Grandes de España y los que tienen honores de tales, los caballeros de la insigne Orden del Toison de Oro y todos los grandes cruces, los comendadores mayores de las Ordenes militares: los embajadores,

los ministros plenipotenciarios, capitanes y tenientes generales, las esposas y viudas de los seglares de las cualidades referidas. —Su limosna, 9 pesetas.

Indulto de segunda. Lo deben tomar los presidentes, ministros y fiscales de los tribunales y Consejos Supremos, como tambien los presidentes y magistrados y fiscales de las Audiencias territoriales, con inclusion de los que sólo disfrutaban honores de tales y los que se titulan del Consejo de S. M. Los jueces que ejerzan jurisdiccion eclesiástica. Los dignidades, los canónigos y los prebendados de las iglesias metropolitanas y sufragáneas. Los duques, condes, marqueses, vizcondes, barones, los directores generales de todos los ramos de la administacion: gobernadores civiles, jefes de administracion del Estado y los que sólo tengan honores de tales, y los militares desde el grado de coronel hasta mariscal de campo inclusive. Los comendadores y caballeros de todas las Ordenes militares y los de la real y distinguida Orden de Cárlos III, de la de San Fernando, de la Americana de Isabel la Católica y la de San Hermenegildo. Los intendentes de ejército y comisarios ordenadores, y los que tengan honores de tales. Los jefes de administracion de provincia, los jueces de primera instancia, y asimismo todas las personas, de cualquiera clase que sean, que por sus sueldos ó pensiones ó productos de fincas ó industrias y oficios ganan anual-

mente de cinco mil pesetas en adelante, y las esposas de los seglares incluso en esta clase.—Su limosna, 3 pesetas.

Indulto de tercera. Lo deben tomar las demás personas, tanto eclesiásticas como seglares, que no están comprendidas en la lista anterior.—Su limosna, 50 céntimos de peseta.

NOTAS

Por el Indulto Cuadregesimal no están dispensados de la abstinencia los regulares que por votos ó en virtud de su regla están obligados á guardarla, como tampoco los sacerdotes, así seculares como regulares, el Lunes y Mártes Santo.

En virtud del mismo, no se puede promiscuar en días de ayuno y domingos de Cuaresma.

Es muy comun el decir que la Bula *se compra*. Esta palabra envuelve un error notable, tratándose de estas materias. La Bula *se toma* no *se compra*, porque las gracias espirituales no *se venden*. Lo que se da por ella no es *precio* sino *limosna*.

Las Bulas no aprovechan sino á los que dan *espontáneamente* la limosna que les corresponda, *segun las clases á que pertenecan*. La Bula es *individual*, y no es bastante el *propósito* de tomarla para usar de sus privilegios. De estos no se goza hasta dar la limosna y escribir en ella el nombre del que la tome, como señal de *aceptacion*.

Los productos de Cruzada se aplican al

Culto divino, y los del Indulto Cuadragésimo á obras de caridad y beneficencia, segun el Concordato de 1851 y Convenio adicional de 1859. De consiguiente, mientras menos ingresos haya por una y otra gracia, menos atendidos estarán la Iglesia y los pobres.

La Cuaresma es el único tiempo en que están prohibidos los huevos y lacticinios.

Se reputan como dominios de S. M. C. para el efecto de la Bula, las casas de las Legaciones de España en las cortes extranjeras y los buques españoles en cualquiera punto que se hallen. (Explicacion de la Bula del Sr. Forcelledo aprobada por el Sr. Varela. Edic. 1833, pág. 40).

Se pueden absolver los reservados á los Ordinarios, dos veces cada año *in vita* y otros dos *in articulo mortis*, tomando dos Bulas.

En cada pueblo debe de haber uno ó más cepillos en que se depositen las limosnas de Conmutacion de votos, de los cuales dispondrán los Rdos. Prelados en favor de los santos fines de Cruzada.

En caso de tomarse dos Bulas, la segunda será de igual clase que la primera. (Id., página 47).

Como que la Bula es *individual*, no puede servir la del cabeza de familia más que para sí, y no para su esposa, hijos, dependientes ni domésticos. (S. Poenitent., 27 Martii 1874).

No se pueden conmutar por la Bula los votos *simples* hechos en Institutos aprobados por la Santa Sede.

Los Sres. Prebendados deben tomar el Su-

mario de segunda clase. Se ha conservado en la clasificacion precedente la palabra Prebendado, porque en ella se comprenden los beneficiados y los antiguos racioneros, que aún existen en algunas catedrales.

Para que el beneficio que concede la Bula de composicion puedan obtenerlo los que posean alguna cantidad sin perfecto derecho, ó hayan cometido fraudes en sus negocios, es preciso que, además de tener la Bula de la Santa Cruzada que á su clase corresponda de la predicacion corriente, reúnan las siguientes condiciones:

1.^a Que la cantidad mal habida no se adquirió con la esperanza de la Bula.

2.^a Que despues de practicadas cuantas diligencias han estado á su alcance, resulta imposible la debida restitucion.

Si es mayor la composicion que se desea alcanzar, podrá el sujeto, ocultando su nombre, ó el confesor á sus ruegos, dirigirse al Emmo. y Revmo. Sr. Cardenal Comisario de Cruzada, por medio de una sencilla exposicion, solicitando la gracia que desea.

En la misma forma pueden dirigirse al expresado Emmo. Sr. cuantos necesiten algunas de las gracias que pueda conceder como Comisario Apostólico.

Respecto de los militares hay que advertir, que solamente están exceptuados de tomar la Bula aquellos que tienen mando y se consideran en activo servicio; porque á estos y no á los demás ha concedido la Santa Sede sus gracias y privilegios, teniendo en

cuenta las molestias é incomodidades anejas al servicio de las armas de mar y tierra.

Los que tienen la Bula de Cruzada y la del Indulto Cuadragesimal, pueden licitamente comer carne y pescado en una misma comida los viérnes en que no haya obligacion de ayunar y en los dias de simple abstinencia, exceptuando únicamente los domingos de Cuaresma. (S. Poenitent., 13 Feb. 1862).

CUADRO sinóptico de la limosna de las Bulas y sumarios

		<i>Pts.</i>	<i>Cts.</i>	
VIVOS	} Ilustres.	4	50	
		} Comun.	0	75
Difuntos.			0	75
Composicion.		1	15	
LACTICINIOS PARA ECLE- SIÁSTICOS	} Primera clase.	6	75	
		} Segunda.	2	25
			} Tercera.	1
		} Cuarta.		0
INDULTO CUADRA- GESIMAL	} Primera clase.		9	00
		} Segunda.	3	00
			} Tercera.	0

FINIS

INDEX

	<u>Pág.</u>
DE SACRAMENTO BAPTISMI	
Parvulorum baptismus.	12
Exhortaciones para antes del bautismo.	13-14
Exhortaciones para despues del bautismo.	27-28
Ordo brevior administrandi baptismum in necessitate.	29
DE SACRAMENTO POENITENTIAE	
Ordo ministrandi sacramentum poenitentiae.	35
Casus reservati in hac archidioecesi.	39
DE SACRAMENTO EUCHARISTIAE	
Ordo ministrandi S. Communionem ex Ritua. Romano.	287
Ordo ministrandi Viaticum laicis.	40
Exhortaciones al enfermo antes del Viático.	44-45
Exhortaciones para despues del Viático.	51
Ordo ministrandi Viaticum Sacerdotibus.	55
Exhortacion á un Sacerdote antes del Viático.	56
Exhortacion á un Sacerdote despues del Viá- tico.	58
DE SACRAMENTO EXTREMAE UNCTIONIS	
Ordo ministrandi sacramentum Extremae Unctionis.	59
Exhortaciones para antes de la Extrema Unctionis.	61-62
Exhortaciones para despues de la Extrema Unctionis.	70-71
Ultima bendicion de un padre moribundo á sus hijos.	72
Ordo brevior ministrandi Extremam Unctio- nem in necessitate.	73

DE CURA INFIRMORUM

Oraciones et Evangelia pro infirmis.	328
Septem psalmi poenitentiales.	75
Litaniæ Ss. cum precibus et orationibus.	86
Ordo juvandi morientes.	95
Excerpta de Passione secundum quatuor Evangelistas.	105
Variae exhortationes, quae fieri possunt morientibus secundum eorum dispositiones.	110
Exhortatio ad aegrotum, ut aequanimiter ferat morbi dolores.	Idem.
Exhortationes ad aegrotum, cui aliqua cautione proponenda est confessio, ne suspitione mortis proximæ nimium contristetur.	111
Exhortatio ad aegrotum, qui vana sanitatis spe negligit ea procurare, quae ad salutem pertinent.	113
Exhortationes ad aegrotum in peccato obduratum.	115-116
Ordo commendationis animæ ante decessum.	122
In expiratione.	144
Ordo commendationis animæ post decessum.	Idem.
Exhortationes ad los parientes del difunto y á los que presenciaron su muerte.	146
De cura corporis defuncti.	147

DE EXEQUIIS

Ordo sepulturae adultorum, 148, et 165 usque ad	172
Vigilia seu Nocturnum defunctorum.	151
Missa defunctorum in die obitus.	159
De exequiis Sacerdotum.	173
De exequiis adultorum absente corpore defuncti.	175
De exequiis parvulorum.	177

DE MATRIMONIO

Ordo celebrandi matrimonium.	187
Fórmula de las amonestaciones.	idem.

Exhortacion para cuando le piden al párroco que publique las amonestaciones ó para antes de los esponsales.	188
Ritus celebrandi matrimonii sacramentum.	189
Exhortaciones para antes del matrimonio.	190-191
Exhortaciones para despues del matrimonio.	200-201
Caeremoniae Missae nuptialis.	201
De secundis nuptiis.	205

DE MISSA PAROCHIALI. 206

Denuntiationes quae fieri solent per annum.	208
---	-----

DE FORMULIS

Formulae variarum testificationum et denuntiationum.	209-210
Fórmula del testamento para cuando no haya Notario ni quien supla sus veces.	211
Modelo de partida de bautismo.	213
Modelo de partida de casamiento.	214
Modelo de partida de defuncion.	216

DE BENEDITIONIBUS

Benedictio fontis baptismi cum non habetur aqua consecrata.	7
Benedictio mulieris post partum.	31-32
Benedictio aquae.	217
Aspersio facienda diebus Dominicis.	220
Rubricae circa aspersionem in diebus Dominicis.	222
Benedictio domorum in Sabbato Sancto.	223
Benedictio domus per annum.	224
Benedictio ad quodcumque comestibile.	idem.
Benedictio communis super fruges et vineas.	225
Benedictio terrae seminatae seu plantatae.	226
Benedictio pro animalibus infirmantibus.	idem.
Benedictio loci.	227
Alia benedictio domus novae.	228
Benedictio thalami.	229
Benedictio novae navis.	230
Benedictio panis.	231

Benedictio novorum fructuum.	231
Benedictio novae crucis.	232
Benedictio viae ferreae.	233
Benedictio telegraphi.	235
Benedictio pro re quacumque.	236
Benedictio incensi pro infirmis.	237
Benedictio papalis, seu absolutio cum indulgentia plenaria in articulo mortis.	120
Eadem benedictio pro confratribus diversarum religionum, congregationum et consociationum in articulo mortis constitutis.	242
Benedictio papalis extra articulum mortis.	243
Absolutio generalis pro Regularibus cujuscumque Ordinis.	245
Benedictio cum indulgentia plenaria pro Tertiariis Saecularibus ceterisque omnibus communicationem privilegiorum et gratiarum cum iisdem, vel cum Regularibus cujuscumque Ordinis habentibus.	248

DE PROCESSIONIBUS

Processio in die festo Purificationis B. Mariae semper Virginis.	250
Processio in die palmarum.	252
Processio Litaniarum majorum et minorum.	256-258
Processio in festo Ssmi Corporis Christi.	258
Processio ad petendam pluviam.	269
Processio ad postulandam serenitatem.	272
Processio tempore mortalitatis et pestis.	274
Processio defunctorum.	276

DE MISSA

De Missis votivis privatis et solemnibus.	280
De Missa coram Smo. Sacramento exposito.	281
De Missis defunctorum.	294
Tabula Missarum vot. solemn. pro re gravi.	291
Tabula Missarum votiv. privatarum.	292
Tabula pro Missis solemnibus defunctorum.	296
Quaelibet decreta scitu digna.	282

Praeparatio ad Missam.	298
Gratiarum actio post Missam.	316

ORATIONES, QUAE FREQUENTER RECITANTUR

Oratio in fine cuiusque Missae sine cantu.	322
Oratio Smae. Trinitatis.	323
Oratio B. Mariae Virginis.	323
Oratio Immaculae Conceptionis B. M. V.	324
Oratio septem Dolorum B. M. V.	324
Oratio Commemorationis solemn. B. M. Vir- ginis de Monte Carmelo.	325
Oratio Assumptionis B. M. Virginis.	325
Oratio B. M. V. de Mercede.	326
Oratio Ssmi. Rosarii B. M. V.	326
Oratio S. Aloysii Gonzagae.	327
Oratio S. Jacobi Apostoli.	327
Oratio S. Antonii de Padua.	328
Oratio S. Rochi.	328

Index Psalmorum

	<u>Pag.</u>
PSALMUS 5. Verba mea auribus percipe, Domine... .	152
Idem 6. Domine, ne in furore tuo arguas me ..	75
Idem 7. Domine, Deus meus, in te speravi....	154
Idem 23. Domini est terra et plenitudo ejus....	32
Idem 31. Beati, quorum remissae sunt.	76
Idem 37. Domine, ne in furore tuo.	77
Idem 50. Misereere mei, Deus, secundum....	80
Idem 66. Deus misereatur nostri et benedicat .	272
Idem 69. Deus, in adiutorium meum intende....	91
Idem 83. Quam dilecta tabernacula tua.	298
Idem 84. Benedixisti, Domine, terram tuam... .	299
Idem 85. Inclina, Domine, aurem tuam et... .	300
Idem 101. Domine, exaudi orationem meam... .	81
Idem 112. Laudate, pueri, Dominum: laudate... .	178
Idem 115. Credidi, propter quod locutus sum....	302
Idem 117. Confitemini Domino quoniam bonus... .	136

Idem 118. Beati immaculati in via.	139
Idem 127. Beati omnes, qui timent Dominum....	198
Idem 129. De profundis clamavi ad te, Domine...	84
Idem 142. Domine, exaudi orationem meam....	85
Idem 146. Laudate Dominum quoniam.	269
Idem 148. Laudate Dominum de coelis,	179
Idem 149. Cantate Domino canticum novum....	180
Idem 150. Laudate Dominum in sanctis ejus....	181

Cantica

Benedicite, omnia opera Domini, Domino.	184
Benedictus Dominus Deus Israel, quia.	169
Magnificat anima mea Dominum; Et.	266

Index Hymnorum

Pange, lingua, gloriosi.	259
Sacris solemniis juncta sint.	260
Verbum supernum.	261
Salutis humanae sator.	262
A Eterne Rex altissime,	263
Te, Deum, laudamus.. . . .	264
<i>Bulas y Sumarios, y sus respectivas limosnas.</i>	338



TABULA CORRECTIONUM

<u>Pag.</u>	<u>Lin.</u>	<u>Dicit.</u>	<u>Legatur.</u>
15	3	rea	reo
30	11	Ego te baptizo	ego te baptizo
37	27	contritionem	contritionem
43	10	asparges	asperges
53	13	quaesemus	quaesumus
64	12	tabernaculo	habituaculo
87	26	Bernaba	Barnaba
100	12	vocare	vocari
106	19	voluntatis	voluntate
121	19	illis	viris
119	20	Sacerdotum	Sacerdotem
128	11	cruciat	cruciat
202	19	virile	virili
207	3	observavit	observabit
207	11	verba	verbo
238	3	Doninum	Dominum
240	19	Spiritu	Spiritus
243	2	nomine	nomine
243	18	populi	populi
266	23	184	169
267	11	exurientes	esurientes
285	3	Ministris	Ministorum
289	25	Eucharistiam	Eucharistia
301	3	Dsmine	Domine
301	4	laetificat	laetifica
334	21	aeternae.	aeternae

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE SANTIAGO



01541854

